

IV. Non esse præceptum Ecclesiasticum, ex eo videtur colligi, quia nullum de Extrema unctione fumenda legitur ab Ecclesia editum generale præceptum. Immo Innocentius I. Episcopus sepe laudata de Decentium, Fideles (inquit) agere sancto electo potest. Et rursum: In omnibus Christianis uti licet. Non dicit: Tenentur. Neque praxis generalis Ecclesie unguendi infirmos indicat obligationem, sed utilitatem, quæ ex hoc sacramento infirmis accedit: & propterea etiam in variis Provincialibus Conciliis statutum legitur, hoc sacramento ab omnibus infirmis sumi debere, non debito rigore obligationis, sed convenientia: cum infirmus in eo articulo uti debeat omnibus medijs, quæ Christus instituit, & Ecclesia frequentat, ut securiorem suam reddat salutem: quia ratione omnibus benedictionibus, ac indulgentijs muniri solet, quæ non sunt in præcepto.

Neque obstat, quod Concilium Colonienſe, ann. 1538. cap. 70. par. 7. dicat: Sacra unctio impendatur cum expositione mandati Apostolici. Non enim vult his verbis, mandatum esse fidelibus illam recipere, sed Pastoribus ministrare, ubi requiruntur. Vel loquitur de mandato, sicut loquitur Trid. sess. 24. c. 3. de Extr. unct. ubi ait: Nulla ratione audiendi sunt, qui... dicunt, hanc unctionem vel sacramentum esse humanum, vel ritum a Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promissionem gratiæ habentem. Ubi nomine mandati intelligit Christi institutionem, vel ejus justificationem, ut hæc unctio esset in Ecclesia.

Neque idem est de hoc sacramento, ac de Eucharistia, quam in articulo mortis quilibet adultus tenetur recipere, dum potest. Nam Eucharistia necessaria est necessitate salutis, saltem in voto, quod maxime in articulo mortis impleri debet: Et rursum adeit præceptum Christi de ea fumenda, & Ecclesie circa tempus functionis, sed nihil horum urget de Extrema unctione. Nam præceptum Domini, ut diximus, non est, sed neque Ecclesie. Immo contrarium deducitur, quia Ecclesia tempore interdicti concedit quidem Eucharistiam, & Penitentiam graviter infirmis, non tamen Extremam unctionem. Cap. Quasi in te, de Penit. & remiss. quam sane etiam tunc non recusat, si foret in præcepto.

V. Dico secundo. Est Extrema unctio per se non fit in præcepto, pro accidens tamen, & attentis circumstantiis in præcepto esse potest. Puta, si infirmus illam non curaret ex contemptu, vel formali, vel virtuali parvi illam faceret. Si ex ejus non curantia scandalum oriretur apud presentes, vel alios existimantes eum esse in errore Sacerdotum: & tandem si gravibus, ac importunis Demonum tentationibus agitaretur. In tali enim casu tenetur ad hoc corroborations antidorum confugere: si enim obligatoria est Confirmatio, ubi imminet fidei periculum, ita obligatoria est Extrema unctio, ubi periculum est succumbendi in ultimo certamine.

VI. Ex quibus infero: quod cum vix contingere possit, ut infirmus mortis proximus, graves a Demone, qui indicatur calcaneo hominis, tentationes non patiatur, & in periculo non sit, eis cedendo, vitæ æternæ salutem faciendi: exillam rarem raro contingere, ut infirmus non teneatur querere ad hoc sacramento auxilium. Et in hoc sensu veram sententiam sententiam oppositam, ejusque fundamenta hoc evincere. Et ita exponendum cenſeo S. Th. cum in 4. dist. 17. qu. 3. art. 1. quæstion. 4. dicit, quod Propriè hoc estiam Jacobus somni, præceptum editum de confessione faciendâ, & Extrema unctione faciendâ; nimirum, propter periculum, in quo homo tunc constituitur.

S. II. Resolutio Posterioris Partis.

VII. Dico. Ad digne suscipiendum hoc sacramento requiritur primo: Ut sit confessus de mortali, cujus habet conscientiam; vel si non potest, quod saltem vere contritionis signa dederit. Cum enim hoc sit unum ex sacramentis vivorum, exigit, ut subiectum, cui confertur, sit vivum per gratiam. Et cum insuper sit spiritualis medicatio; sicut corporalis medicatio supponit vitam corporalem, quia corporaliter mortuo medicina non prodest: ita spiritualis medicatio supponere debet vitam spirituales, cum spiritualiter mortuo inutilis sit, ut ait S. Th. in Suppl. 3. p. 930. art. 2. Unde ritualia tam vetera quam recentiora præscribunt, non dari infirmo Extremam unctionem, nisi prius confessio, Quia hoc abstergit quidem reliquias peccatorum, & peccata venialia, si ea inveniat etiam quoad culpam, non tamen mortalia per se loquendo. Est per accidens contingere possit, ut a mortali peccato iam sanatus, cum supra diximus, sacramenta vivorum postquam per accidens primam gratiam conferret: Quamvis enim (ait S. Th. citat. ad 2.) culpa quoad maculam sua contritione non dimittitur: tamen hoc sacramentum per gratiam, quam in sanis, facit quod ille mens libet arbitrii in peccatum sit contritus, sicut etiam in Eucharistia, & Confirmatione post accidens. VIII. Requiritur secundo: ut suscipiens habeat fidem, & per consequens sanitatis animæ, & corporis, si hæc anima salutem expediat. Rursus, ut suam intentionem, & preces unit intentioni, & precibus Ecclesie sperans exinde, se consecuturum divinum auxilium adversus omnes Demonijs insidias. Hæc omnia insinuat Catechismus Conc. Trid. de Extr. unct. num. 11. his verbis: Quoniam vero omni studio curare oportet, ne quid sacramenti gratiam impediatur, et ideo nihil magis adversatur, quam alicuius peccati mortiferi conscientia: servanda est Catholica Ecclesia perpetua conscientia, ut ante Extremam unctionem Penitentia, & Eucharistia sacramentum admittatur. Ac deinde egroti Parochi persuadere solent, ut ea sine se unguendum Sacramenti præbeat, qua olim qui ab Apostolice sanandi erant scriptis offerre consueverunt. In primis autem anima salus, deinde corporis valetudo, cum illa adiunctione, si ad æternam gloriam profutura sit, expectanda est. Nec vero dubitare debent, quin sancta illa, & solennis preces a Deo audiantur, quibus Sacerdos, non suam, sed Ecclesie, & Domini nostri Jesu Christi personam gerens, utitur. Quia una maxime re corroborandi sunt, ut hujus saluberrimi olei sacramentum sancto, & religiose sibi admittendum videntur, cum & ardore pugna insere, & vires tum animi, tum corporis deſectere videntur.

IX. Devotionem in suscipiendum requirit S. Th. & quidem actualem, in Suppl. 3. par. quæst. 32. art. 4. non quidem, quæ semper præfens actu sit, dum inungitur: contingit enim interdum, quod infirmus, dum inungitur, usu rationis actu mittente fruatur: sed quæ prius, dum compos mentis esset, ostenderit. Ita enim sese explicat, 3. p. 930. art. 9. dicens: Si prius quando erant compos sui mentis, apparuit in eis devotio hujus sacramenti: debet eis in articulo mortis hoc sacramentum exhiberi.

X. Tandem, ut quæ Extrema unctio sit capax, debet esse baptizatus. Omnia enim sacramenta, que in actu sunt, in his, qui Baptisma non susceperunt, irrita sunt. Et insuper quod ad rationis usum perierit. Ut enim supra dictum est, hujus sacramenti forma: Inſolubilis tibi Domini, quidquid deliquisti, in pueris, & in amebentibus a nativitate, qui lucis intervalla nunquam habuerunt, locum habere non possunt. Et hæc de Extrema unctione sufficiunt.

XI. Nihilominus non intendunt Ordinem, & ministerium conferre statum a laicis essentialiter distinctum, sed sola accidentaliter, & extrinseca deputatione. Cum enim contendant, Christianos omnes equaliter Sacerdotes esse, & equaliter potestatem ministrandi habere; & exercitium talis potestatis non alter eis conferri, quam per legitimum ad tale ministerium deputatum, & extrinsecam ordinationem, pro amotionem ab ejusmodi officio amissibilem; quam auctoritate secularis Magistratus perique fieri vult: consequenter nomen quidem sacri Ordinis, sed non rem admittunt. Propterea Lutherus, lib. de abroganda Missa privata expendens illud 1. Petri, v. 3. Neque dominantes in Cleris, dicit, hoc non debere intelligi de his, Quos nunc a laicis dixerit impia hominum tradidit, de paulo post addens, Ecclesiasticam Hierarchiam, in qua constituntur summi Sacerdos, deinde Episcopus, postea Sacerdos, tandemque inferiores Clerici, esse similem Gentilium constitutioni de Sacerdotibus Jovis, Veneris, Saturni, concludit: Hæc divise conveniunt summi, Christianorum populum esse simplicem. Hæc divise conveniunt summi, Christianorum populum esse simplicem. Hæc divise conveniunt summi, Christianorum populum esse simplicem. Hæc divise conveniunt summi, Christianorum populum esse simplicem.

TRACTATUS DUODECIMUS DE SACRAMENTO ORDINIS.



Ræ nomen est variis, & ambiguis generaliter habens significationes. Interdum enim significat omnem respectum, & habitudinem unius ad alterum: quo sensu dicere solent Theologi, in relativis esse essentialiter ordinem unius ad alterum, subiecti ad terminum, potentie ad obiectum &c. Interdum sumitur pro methodo tradende Doctrinæ, ordinatè nimirum procedendo, puta, a toto ad partes, ab universalibus ad particularia: quo sensu ait S. Aug. 1. 2. de Ordine, c. 5. si prius remota, & sine ordine disciplinam in haurum verum experientiam, auter iterum; pro studio illam curisum, pro dicto tradendum, pro casu incrementum fieri. Nonnumquam etiam pro more, & consuetudine sumitur, quo pacto Jurisprudenti Extra ordinem factum dicitur, quidquid sine verbis, & formalis confectis factum esse compertum. Verum omnes præfate, & similes acceptiones alienæ sunt a presenti instituto.

Uti igitur proprius accedamus: Ordinis nomen usurpari potest primo: Pro debita, & convenienti rerum dispositione. Unde idem S. Aug. lib. 19. de Civ. Dei, c. 13. Ordo (inquit) est parium, aliarumque rerum sua cuique loco arbitrijs dispositio. Et lib. 6. contra Faustum, c. 8. Omnis creatura Dei bona est. Omnia quippe, qua naturaliter sunt, in ordine suo bona sunt;

& nemo in eis peccat, nisi qui ordinem suum in Dei obedientia non custodit, eorum quoque ordinem male utendo perturbat. Secundo: Pro certo hominum statu, qui multis hominibus communis fit. Sic tres hominum status, Ecclesiasticus nimirum, nobilis, & plebeus, tres ordines appellantur. Tertio: pro actione, qua quis sacris Ministeriis accenditur, & ad sacras functiones obundas ordinatur.

In hæc ergo acceptione hic nomen ordinis usurpabimus. In qua tria considerari possunt. Primo: Statum ipsum sacrorum ministrorum, qui supra ceteros in Ecclesia eminent. Secundo: potestatem, que constituitur ad exercecendos aliquos actus maxime circa administrationem sacramentorum. Tertio: ipsam ordinationem, seu actionem sacram, quam accipiunt ejusmodi potestatem, & ordinantur ad sacrum ministerium. Et de his sermo erit in presenti Tractatu, in quo omnia ad hæc spectantia examinabimus.

Q U Æ S T I O I.

De Existentiâ, & Essentiâ Ordinis.

AN Ordo mox explicatus in Ecclesia Christi sit ponendus, & in quo ejus natura consistat, præfens Quæstio discutietur.

D E U M I.

An in Ecclesia sit ponendus aliquis Ordo, vi cuius Clerici a Laicis discernantur.

S. I.

Quædam præstantur.

I. Aliquem Ordinem debere esse in Ecclesia certum est, inquit S. Bonaventura, in 4. dist. 24. art. 2. quæst. 1. Cum enim sit magna multitudo in Ecclesia, nisi esset in ea ordo, manifesta in ea appareret confusio. Unde sicut Deus omnia a se condita sapientissimo ordine disposuit, & hoc pulcherrimo ordine omnia regit; ut unumquodque in eo sese collocaret, nec unum voluit in perfectissimo suo opere confingere, hunc ordinem voluit in perfectissimo suo opere confingere, hunc ordinem voluit in perfectissimo suo opere confingere, hunc ordinem voluit in perfectissimo suo opere confingere.

Hunc ordinem inter membra Ecclesie nemo, ut puto, distinet. Quod hic in Dubium vertitur est: an in Ecclesia dari debeat aliquis ordo seu status Clericorum, seu ministrorum Dei a laicis distinctus; secundum quem in eo possit eminent super illos, habeantque jus, & potestatem eis administrandi res divinas, præferant sacramenta, & maxime Eucharistiam.

II. Moderni Sæculari Calvinistæ, & Lutherani asserunt eundem non audent, annuntiationem Evangelij, & sacramentorum administrationem ad omnes omnino fideles promiscue pertinere. Id fatetur Kemnitzer in examine Conc. Trid., ad c. 2. Can. 2. Sess. 23. ubi ait: Neque suo, neque suo, nempe Lutheranos damnare distributionem illorum graduum Ecclesiasticorum, quod sit in Apostolica lege, sicutque ejusmodi distributionem nisi pro ratione necessitate, & edificationis admittere. Hoc idem asserit Calvinus, 1. 4. Inst. c. 2. dicens: Ministerium, quo Deus in gubernanda Ecclesia utitur, præcipuum esse necesse est, quod in uno corpore coherens: addens, non aliter includem servari Ecclesiam posse, quam si his præfatis succedat, & concludit: Ecclesia ergo dispositionem, vel unumquodque spiritus, & existim molitur, quisque ordinem hunc, de quo disputamus, & hæc genus regimini, vel aliter hunc, vel quod minus necessarium elevat. Neque enim vel solis hominum, ac calce, vel citius, ne parum, tam sunt præfati esse servanda, ac sustinenda necessaria, quam est conferenda in terra Ecclesia Apostolica, & pastorale munus. Ita Calvinus pulchre quidem.

III. Nihilominus non intendunt Ordinem, & ministerium conferre statum a laicis essentialiter distinctum, sed sola accidentaliter, & extrinseca deputazione. Cum enim contendant, Christianos omnes equaliter Sacerdotes esse, & equaliter potestatem ministrandi habere; & exercitium talis potestatis non alter eis conferri, quam per legitimum ad tale ministerium deputatum, & extrinsecam ordinationem, pro amotionem ab ejusmodi officio amissibilem; quam auctoritate secularis Magistratus perique fieri vult: consequenter nomen quidem sacri Ordinis, sed non rem admittunt. Propterea Lutherus, lib. de abroganda Missa privata expendens illud 1. Petri, v. 3. Neque dominantes in Cleris, dicit, hoc non debere intelligi de his, Quos nunc a laicis dixerit impia hominum tradidit, de paulo post addens, Ecclesiasticam Hierarchiam, in qua constituntur summi Sacerdos, deinde Episcopus, postea Sacerdos, tandemque inferiores Clerici, esse similem Gentilium constitutioni de Sacerdotibus Jovis, Veneris, Saturni, concludit: Hæc divise conveniunt summi, Christianorum populum esse simplicem. Hæc divise conveniunt summi, Christianorum populum esse simplicem. Hæc divise conveniunt summi, Christianorum populum esse simplicem. Hæc divise conveniunt summi, Christianorum populum esse simplicem.

S. II.

Statuitur Veritas.

IV. Dico. In Ecclesia Christi esse, & esse debet Ordo, seu ordinatio distincta ab ordine laicorum, qua aliqui, nempe Clerici, constituantur in gradu superiori cum potestate administrandi sacramenta, & annuntianti verbum Dei. Ita determinavit tamquam de fide, Concil. Trid. sess. 23. c. 4. dicens: Sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt: Novi Testamenti Sacerdotes temporarium tantummodo potestatem habere; & sicut vite ordinem iterum laicos esse posse, si verbi Dei ministerium non exercent. Et Can. 1. anathema dicit ei, qui dixerit: In novo Testamento non esse Sacerdotium externum, & visibile, sed officium sanctorum, & nudum ministerium prædicandi Evangelium: vel eorum, qui non prædicant, non esse Sacerdotes. Can. 2. ei, qui dixerit: Preter Sacerdotium non esse in Ecclesia alios Ordines. Et Can. 6. ei, qui dixerit: in

Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam divinam ordinatione institutam, qua consistat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministri.

V. Hoc enim docet Scriptura, quæ sepius meminit Ministrorum Ecclesie, quos fidelibus regendis præfavit, & solemniter ordinavit; eosque a ceteris de populo distinctos. Sic Christus, Jo. 20. Apostolis contulit Spiritum Sanctum, ut peccata remittere, vel retinere possent. Act. 13. v. 2. Dixit illis Spiritus Sanctus, segregate mihi Saulum, & Barnabam in quibus ad quod assumpti estis. Tunc rogantes, & orantes, imponiteque eis manus dimiserunt illos. Ecce Saulum, & Barnabam ordinatione Spiritus Sancti ad opus sacri ministerii designatos, nimirum, ad pastoralis. & Episcopalis munus: ac ejusdem ordinatione omnes alios Episcopos designatos ostendens Paulus, Act. 20. v. 28. Attendite (inquit) vobis, & universis gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Unde 1. Cor. 4. v. 1. ait: Sic nos existimet homo, ut ministri Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. His, & aliis manifeste apparet divina institutio, & ordinatio, qua quidam in Ecclesia a sacra prædicatione, & sacramentis aliis præstantur. Quod licet Paulus, 1. Thim. 5. v. 1. ostendit dicens: Omnes Presbiteros ex hominibus assumptis constituitur in eis, qui sunt ad Deum, ac sicut dona, & sacrificia pro peccatis. Quid enim aliud est Pontificem esse ex hominibus assumptum; nisi junctum a populi classe, & quasi medium inter Deum, & populum?

VI. Porro: sacrum ministerium non esse nudum officium amabile, sed ordinem, & statum, ab aliis, qui in Christiana Republica sunt, natura sua distinctum; a quo, qui constituitur, ad statum laicalem deſici non possunt: ostendit Paulus, Rom. 12. v. 4. ex similitudine membrorum, quæ licet omnia sint in uno corpore, omnia tamen non eundem actum habent: sicut enim (inquit) in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habent autem donationes secundum gratiam, quæ data sunt nobis differenter: sicut prophetiam secundum rationem fidei, sive ministerium in ministrando, sicut qui docet in doctrina &c. Sicut ergo oculus, manus, pes &c. licet omnia sint ejusdem corporis membra, sunt tamen propriis actibus inter se diversa, quia sic membra, sunt tamen propriis actibus inter se diversa, quia sic membra, sunt tamen propriis actibus inter se diversa, quia sic membra, sunt tamen propriis actibus inter se diversa.

VII. Ex his Cope. Trid. sess. 23. c. 4. citato, legitime infero: Quod si quis omnes Christianos promiscue novi Testamenti Sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate prædicationis prædicationis, nihil aliud facere viderent, quam Ecclesiasticam hierarchiam, qua est in capite acis ordinata, confunderent: prout ac si contra Beati Pauli doctrinam, omnes Apostoli, omnes Presbiteri, omnes Evangelistæ, omnes Pastores, omnes sui Deſeres.

VIII. Hanc veritatem probat S. Th. in Suppl. 3. p. 934. art. 1. in corp. sic: Deus sua opera in sui similitudinem producere voluit, quantum possibile fuit, ut perfecta essent, & per ea cognosci possent. Et ideo, ut in suis operibus representaretur, non solum secundum quod in se est, sed etiam secundum quod aliis insunt, hanc legem naturalem imposuit omnibus, ut ultima per media reducerentur, & perferrentur, & media per prima, ut Dionys. dicit (c. 5. Eccles. hierarch.) Ergo, ut ipsa pulchritudo Ecclesie non deſeret, posuit ordinem in ea; ut quidam alii sacramenta traderent, suo modo Deo in hoc assimilari, quasi Deo cooperantes: sicut & in corpore naturali, quædam membra aliis insunt.

IX. Explicatur hæc ratio. Apud quascunque nationes altius Numinis cultrices, vel ipso natura insunt, semper fuerunt aliqui a populo segregati, qui Sacerdoti munere fungerentur. Ab initio mundi ad legem Moysi consignatum, fuit communis Hebræorum sententia, quam approbat S. Hieron. in qu. Hebræis, soli familiarium patres & capita, Sacerdoti munere fugebantur; nec, nisi majori natu a Deo probato, poterat natu minor Sacerdotium exercere, ut patet in Abele, reprobato Canao, & in Jacob, reprobato Esau. Post legem datam sola Levitica Tribus, & qui per lineam paternam ex ea prognati, erant Dei ministerio participati: & deo ex alia Tribu, vel manum sacris apponere censente, a Deo ex seve reprobatur. Hinc N. 10. Daſtan, Coræ, & Abiron, & seve reprobatur. Hinc N. 10. Daſtan, Coræ, & Abiron, & seve reprobatur. Hinc N. 10. Daſtan, Coræ, & Abiron, & seve reprobatur.

dicit, hoc ex Scriptura, traditione, & Patribus perspicuum esse. Et Cas. 3. anathemate damnat qui contrarium dixerit.

S. III.

Quid opponunt Seditiosi.

XIV. Obijciunt primo. Ordinatio, ut in Ecclesia sit, auctorem, & institutorem non habet Christum. Nec enim Christus cum ordinavit Apostolos, ullo externo signo, sive impositionis manus, sive alterius rei usus est; sed solum dixit: Hoc facite: Accipite Spiritum Sanctum. Quae verba nudam electionem, seu deputationem ad officium, non consecrationem, nec usum alicujus rei sensibilis important; electio autem, ac designatio alicujus ad ministerium fieri potest absque consecratione. Quammodum cum designavit Apostolos ad predicandum Evangelium, quod est praecipua ministerii pars, nullum instituit pro hoc sacramentum.

Impositio etiam manus; quae Graece Chirotonia dicitur, apud Scriptores Ecclesiasticos semper pro electione, quae olim fiebat per elevationem manus in altum, suffragii declarandi causa. Clerus enim, & populus in Episcopi electione manus extollere solebat: ut hoc pacto absque consensu eligentium vota fidelium calculari possent: ut refert Zonaras, ad 1. Canonem Apost.

Deinde: dato, quod aliquando ponatur pro religiofa manu super aliquem impositione: erit nuda extensio, quae utebatur Apostoli, quando pro aliquo orabat; eumque Deo commendabat.

XV. Respondeo ad haec. Ad primum dico: quod est dicitur, Christum absque ullo externo signo Apostolos ordinasse; quia eius potestas, utpote excellentia, non erat alligata sacramentis, nec signis externis: non inde tamen inferri potest, eum mandasse Apostolis, ut absque ullo externa, & sacramentali ritu ministerii Ecclesiae suae ordinarent. Immo cum legamus, eos solenni manu impositionis ritu semper usus fuisse; & hunc constanti, & perpetua Ecclesiae praxi in ordinandis ministris servatum fuisse: credere debemus, id ex Christi mandato Apostolos fecisse. Alii tamen dicunt, quod sicut Christus in Apostolorum ordinatione usus est verbis designantibus potestatem, quam eis conferrebat: Hoc facite; ita dici debet, usum fuisse signo externo, extendendo erga eos manus, & porrigendo eis panem, & calicem consecratum: sed de hoc infra. Modo dico, si ut quis intra Ecclesiam admittatur, non sufficit pura admittio, sed requiritur susceptio sacramenti, nempe, Baptismi: cur ad hoc, ut aliquis ad opus ministerii assumatur, non requiritur specialis consecratio, sed sufficit externa deputatio? Nec valet, quod dicitur de praedicatione Evangelii. Nam haec, ut ex officio fiat, supponere debet in subiecto ordinationem Episcopalem, & proinde sacramentum: unde, Act. 13. Paulus, & Barnabas priusquam hoc munus obirent, manuum impositione consecrati fuerunt.

Porro quidquid sit, an vox Graeca Chirotonia usurpata fuerit aliquando pro electione, seu designatione alicujus ad ministerium, vel dignitatem; seu pro elevatione manus ad indicandum consensum, & suffragium: impositio tamen manuum, ut usurpate in Scripturis, est actio diversa ab electione, & electionem supponens. Nam ut habetur, Act. 6. multitudo fidelium elegit Diaconos, eosque electos ante conspectum Apostolorum laicis: Apostoli vero manus eis imposuerunt. Act. 13. Saulus, & Barnabas jam electi a Spiritu Sancto erant ad opus ministerii, quibus tamen Apostoli impositionem manus. Non ergo manuum impositio erat nuda extensio Apostolorum orantium, & manus elevantium pro eorum suffragio, cum eas imponerent jam electis; sed erat manuum Episcoporum super capita ordinandorum extensio, eorumque consecratio, & ordinatio, quae, maxime apud Graecos, etiam nunc eodem ritu peragitur. Unde S. Joannes Chrysost. in c. 6. Act. super illa verba: Et orantes impositionem eis manus, ait: Haec est enim Chirotonia, id est, Ordinatio. Manuum vero superponitur, totum autem Deus operatur. Et S. Hieronymus, in c. 13. Ista, dicit: Plurimum nostrum Chirotoniam, id est, ordinationem Clericorum, quae non solum ad interpretationem vocis, sed ad impositionem impertitur manus. . . sic intelligitur. Quibus verbis respondetur instance, quae additur. Nam impositio manuum, seu ordinatio importat quidem sita non est, sed alia est actio, ac diversa.

XVI. Obijciunt secundo. Sacramenta per se ordinantur ad conferendam gratiam facientem, qua nimirum homo conjugatur Deo; non autem ad conferendam gratiam gratis datam, qua homo cooperatur ad sanctificationem aliorum: sed ordinatio per se respicit sanctificationem aliorum, ut nimirum, ordinatus ministrando aliis sacramenta possit ad eorum sanctificationem cooperari; ergo &c.

XVII. Respondeo, dist. maj. Per se primo, concedo maj. Per se secundo, nego maj. & similiter, dist. min. nego conf. cum enim Ordo sit sacramentum conferens homini gratiam; quae digne possit aliis sacramenta ministrare, habet hoc speciale, ut conferat gratiam, seu verius augmentum gratiae cum specialibus auxiliis; ut digne possit sacramenta aliis ministrare, & sic fungatur aliorum salutem cooperari via ordinaria, & permanente; non extraordinaria, & transiente; in qua distinguitur potestas ministerii a gratia dantis rigorose accepti.

XVIII. Audiendus est S. Th. in Suppl. 3. p. q. 35. art. 1. ubi ait: Cuiusmodi datur potentia aliqua divinitus, datur etiam ea, per quae executio illius potentiae posse congrue fieri.

Et hoc etiam in naturalibus patet: quia animalibus dantur membra, quibus potentia anima possit exire in actus suos, nisi sit defectus ex parte materiae. Sicut autem gratia gratiam faciens necessaria est ad hoc, quod homo digne sacramenta recipiat: ita etiam ad hoc, quod homo digne sacramenta disponat. Et ideo sicut in Baptismo, per quem fit homo susceptivus aliorum sacramentorum, datur gratia gratiam faciens: ita in Sacramento Ordinis, per quod homo ordinatur ad aliorum sacramentorum dispensationem. An vero Ordo sit sacramentum, quoad omnes suos gradus, seu species, dicitur infra.

S. IV.

An hoc Sacramentum habeat Materiam, & Formam?

XIX. Cum ex dictis, in Tract. de Sacram. in gen. omnia sacramenta novae legis constare debeant materia, seu aliqua re sensibili, & aliquibus verbis, quibus ad rem sensibilem accedentibus, sit sacramentum: statuto jam in praecedentibus Ordinationem esse novae legis sacramentum: debet in ea assignari aliquod sensibile per modum materiae, & aliqua verba tenentia locum formae, & rem sensibilem determinantia ad esse sacramenti. Et sicut hic loquimur de Ordinatione solum in genere; ita de materia, & forma solum in genere sermo erit, & quidem brevis.

XX. Dico ergo, Sacramentum Ordinis constare essentialiter alicui re sensibili, seu actu exteriori tanquam materia, & verbis tanquam forma. Est expresse traditum a Concilio Florentino, ubi de Ordinis sacramento legitur: Sextum sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo. Forma Sacramenti talis: Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis. Cui consonat Tridentinum, Sess. 23. c. 3. his verbis: Patrum usumque consensum perspicuum est, per quem Ordinationem, qua verbis, & signis exterioribus confertur, gratiam conferri.

XXI. Sed dices primo. Christus in ultima Coena ordinavit Apostolos Sacerdotes solis verbis: Hoc facite. Nec enim legitur ullo signo sensibili usus fuisse, quo potestas offerendi designaretur: ergo &c.

XXII. Respondent aliqui, Christum porrexisse Apostolis panem, & vinum, & hoc fuisse loca materiae. Sed quia Christus porrexit Apostolis species panis, & vini jam consecratas, quae non videntur posse esse materiae Sacerdotii: alioquin hoc etiam deberet fieri in Ordinationibus Sacerdotum, quibus tamen pro materia traditur panis, & vinum, sed non consecrata. Ideo verius respondent alii, Christum sola sua voluntate, & potestate excellentia; quae potestatem Apostolos ordinasse absque ullo signo sensibili, & obsequio eorum Ordinationem non fuisse sacramentum. Unde eadem ratione, qua per Anglicum Doctorem, 3. p. q. 72. art. 2. ad 1. in die Pentecostes contulit eis effectum Confirmationis sine sacramentum, nempe, plenitudinem Spiritus Sancti: ita eisdem contulit potestatem consecrandi, quae est effectus & res sacramenti Ordinis, sine sacramentum.

XXIII. Dices secundo. Gregorius Nyssenus, in Vita Gregorii Thaumaturgi, narrat, eum triduum sitente distitum consecratum fuisse Neocaesariensem Episcopum a Phadimo Amaseniensi Antistite. Et Metaphrastes apud Surium narrat, in Vita Danielis Stylitae, hunc sanctissimum virum, licet absentem, inauguratum fuisse Sacerdotem a Gennadio Patriarcha Constantinopolitano: ita ut Archidiacono preces recitante, populo acclamante, Deus per Gennadium manum ei imposuerit. Addunt cum Rebutio aliqui Canonistae, Pontificem Maximum his solis verbis: Ego Sacerdos, ego Episcopus, absque ullo alio exteriori signo posse quempiam, aut Presbyterum, aut Episcopum inaugurare.

XXIV. Respondet, quoad S. Gregorium Thaumaturgum, ipsum quidem absentem fuisse a Phadimo Episcopum designatum, non tamen absentem consecratum. Addit enim S. Gregorius Nyssenus, ipsum peractis circa se solemnibus, quae de more celebrari solent, id est, sacris Ordinationis ritibus, commisit sibi gregis curam susceptis. Idem dicit debet de Daniele Stylita. Quae enim narrat Metaphrastes non de consecratione, sed de electione facta, tum a plebe Constantinopolitana, tum a Gennadio Patriarcha intelligenda sunt. Et eodem modo exponendum est quod dicitur de Romano Pontifice Canonistae. Is enim dum dicit: Ego Sacerdos, ego Episcopus, eligit quidem, ac intendit praedicere electum Episcopatum, & forte ei conferre jurisdictionem: sed potestatem Ordinis conferre non potest, nisi media Ordinatione solito externo ritu peracta. Quod si Canonistae illi alter sentiant, a traditione, & veritate recedunt.

XXV. Circa formam huius sacramenti advertit S. Thomas in Suppl. 3. par. q. 84. art. 4. convenienter exprimit per modum imperativi: Accipe potestatem. Quia sacramentum istud principaliter importat potestatem, & ordinatur ad usum illius: potestas autem a potestate convenienter traditur modo quodam imperativo. Addit potestatem, hoc etiam modo usum fuisse Christum, dum ait: Hoc facite in memm commemorationem. Quo eodem modo communitur utrumque homines, dum tradunt alteri potestatem ad alicujus officii usum.

Potestatem autem ordinari uti modo imperativo. Nam, ut ait S. Thomas ibi ad 2. Quomodo in Episcopo, qui est minister huius sacramenti, non sit auctoritas respectu collationis huius sacramenti; tamen habet aliquam potestatem respectu praedicti Ordinis, quae confertur per ipsum, in quantum haec potestas a sua potestate derivatur. Vel ab ea dependet quantum ad legitimum usum.

usum. Eo vel maxime, qui utitur modo imperativo, nomine, & auctoritate Christi, non sua.

XXVI. Circa materiam pariter huius sacramenti notat S. Th. citatus, a. 5. habere quidem materiam, sed diversimode ab aliis sacramentis. Nam quod in aliis confertur, derivatur solum a Deo, & non a ministro tanquam necessario habente effectum consensum, vel majorem: sicut potestas, quae est effectus Ordinationis, derivatur ab ordinante habente eandem potestatem, quam tradit, vel majorem. Character enim vel gratia Baptismi non sic derivatur a baptizante ut non possit imprimi, vel conferri ab eo qui characterem, vel gratiam non habeat. At potestas Ordinis tradi non potest, nisi ab eo, qui habeat potestatem eandem, vel majorem: unde potestas alio modo derivatur ut principaliter in materia, non in ministro; a quocumque enim quis baptizetur, dummodo vere aqua secundum legitimum formam abluatur, vere baptizatur, est minister baptizatus non sit. At impositio manus, seu potestatis instrumentum, quae materia Ordinis est, si facta a non habente ministerium, vel majorem potestatem, effectum Ordinationis, nempe, ministerii potestatem non conferret.

XXVII. Queri solet. Quenam sit sacramenti Ordinis materia essentialis: an manuum impositio, an potestatis instrumentum, an utrumque simul. Sed de hoc forte inferius sermo erit, agendo de materia Presbyteratus. Interim consulatur quae diximus, Tract. de Sacram. in Gen. q. 2. Dub. 2. Ubi tanquam probabile admittimus, non omnium sacramentorum materiam, & formas fuisse a Christo in specie determinatas, sed aliquorum solum in genere, adeoque liberum reliquisse Ecclesiae hanc, vel illam in specie assumere.

Q U A E S T I O II.

De Sacra Ordinationis Ministro.

Minister sacrae Ordinationis duplex esse potest, ordinarius, & extraordinarius. De primo hic agemus, & de altero dicitur, cum de singulis Ordinibus in specie sermo erit. De hoc quaerimus primo: An sit solus Episcopus, seu solus Episcopus Catholicus, etiam haereticus, suspensus, excommunicatus, Tertio: An quilibet Episcopus Catholicus, an solum proprius. Quarto: Quid requiratur, ut quis alicui Episcopum adire possit, ut ab eo licite ordinetur.

D U B I U M I.

An solus Episcopus sit Ordinarius Sacramenti Ordinis Minister?

S. I.

Resolutio: Dubii.

Dico. Solus Episcopus sacrae divini est minister ordinarius, & ex officio faciens Ordinis. Est contra Aetium haereticum quarti saeculi: qui, referente Augustino, lib. de Haer. c. 53. agere solet, se non posse Episcopatum, quem anxie ambiebat, obtinere, inter alios errores spargere coepit: Episcopos nulla in re Presbyteros antecellere, nullam inter eos discrimen esse, eorum parum esse Ordinem, ac dignitatem; & consequenter ordinandi munus esse Presbyteris, ac Episcopis convenire, ut testatur etiam S. Epiphanius, Haer. 75. c. 3. Cui subscripsit Wicleffus, nec dissimul Lutherus, dum omnem Ordinem ab Ecclesia sustulit, aliter, omnes Christianos esse auctoritate, & dignitate pares; ut supra vidimus.

II. Assertio tamen nostra, fide certa est. Quia primo: Scripturae auctoritate munita. Nam, Act. 6. Apostoli ordinant primos Diaconos. Act. 13. Paulus, & Barnabas in Episcopos ordinantur. Item, Act. 14. Presbyteros ordinant Lystra, Iconi, & Antiochie. Paulus, Epist. 2. ad Timotheum, c. 1. dicit, illum a se ordinatum fuisse Episcopum, quod dixerat, Epist. 1. c. 4. & 7. Ubi etiam eum monet, ut neminem cito ordinet, nisi prius probatum. Et Epist. ad Titum, c. 1. scribit, se cum Creta reliquisse, ut constituit per civitates Presbyteros.

Secundo. Accedit testimonium perpetuae traditionis, Can. 1. c. 2. ex his, qui Apostolice dicuntur, uni Episcopo tribuunt jus, & potestatem Ordines conferendi: Episcopus a diaconis, vel tribus Episcopis ordinatur. Presbyter ab uno Episcopo ordinatur, & Diaconus, & reliqui Clerici. Qui Canones disciplinam trium priorum saeculorum in Oriente complectuntur. Hoc tertio saeculo nascens etiam in Occidente Novatianus Antipapa, tres Episcopos accessit, ut eum in Episcopum ordinarent. De quo Cornelius Papa, Ep. ad Fabianum Antiochenum, haec scribit: Etenim nova secta inventa . . . quando Episcopatum a Deo certe minime donatum sibi vi arripere videbatur, duos sibi socios de sua ipsorum salute prope desperatos adscivit; ut eos in exiguum aliquem partem, & minimum quasi levis angulum miseret: indeque Episcopos tres, homines aegros, rudes, ac simplices in fraudem inducibus abducentes. . . Episcopi igitur Romanum adventantes. Iste cum civitatem nostram detinuit, obvio, & crepulo oppresso cernere, vi cogit imaginaria quadam, & vana manuum impositione Episcopatum ei tribuere, &c.

III. Pro quarto saeculo testes sunt Chrysolomus, qui, Hom. 11. in 1. Ep. ad Timotheum. De Episcopis: Solus, inquit, Ordinis Minister, Tom. III.

ratione superiores illi sunt; atque hoc sanctum plurimum presbyteri habere videntur. Quod repetit Hieronymus, Ep. ad Eugenium, dicens: Quid facit Episcopos, excepta ordinatione, quod Presbyter non faciat? Eodem saeculo cum Icheras ordinatus fuisset in Presbyterum a Collutho, non vero, sed imaginario Episcopo; in Alexandria Synodo sub Olio, anno 319. Colluthus ad Ordinem suum presbyteri redactus est; & Icheras, omnesque a Collutho ordinati, depositi, & ad ordinem laicorum in perpetuum defecti sunt, teste S. Athanasio, in 2. Apologia.

Adeoque omnium mentibus haec veritas semper infederat, ut teste S. Epiphanius, Haer. 56. pro haeretico habitus sit Aetius, qui ut supra diximus, Presbyteros in omnibus Episcopis pares faciebat. Sic enim ait: Unus Ordo (nempe, Episcopalis) ad signandos Patres praecipue pertinet: huius enim est Patrum in Ecclesia propagatio. Alter (nempe Presbyteralis) cum Patres non possit, filios Ecclesiae, laetionis regeneratione produci; non tamens Patres, aut Magistros: Et postea subdit: Quinam vero fieri possit, ut is Presbyterum constituat, ad quem creandum manuum impositionem jus nullum habent? In saeculo quattordicesimo, ut haereticus habitus fuit etiam Wicleffus, cuius hanc ardeulam Concilium Constantiense, Sess. 6. proferripit, quo dicebat: Confirmatio juvenum, Clericorum ordinatione, Ecclesiarum consecratio reservantur Papa, & Episcopis propter sacrum.

IV. Hisce igitur ex perpetua traditione sumptis monumentis merito Eugenius IV. in decreto pro Armenis edicere potuit: Ordinarius Minister huius sacramenti est Episcopus. Et Tridentina Synodus statueret, Sess. 23. c. 4. Episcopos presbyteros, sicut Apostoli, ait Act. 20. 1. a Spiritu Sancto regere Ecclesiam Dei, & sicut Presbyteris superiores esse ac sacramentum confirmationis conferre, ministris Ecclesiae ordinare, atque alia praeterquam peragere ista posse: quorum functionum potestatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Et si quis aliter sentierit, anathemate damnate, eadem Sess. Can. 7. si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi, vel eam, quam habent, illis esse eum Presbyteris committendam. . . Anathema sit.

V. Ratio autem haeculens dictionum sumitur ex S. Th. in Suppl. 3. p. q. 38. a. 1. Nam Episcopi sunt a Spiritu Sancto positi regere Ecclesiam Dei, sunt in ea quasi Principes sacrorum, Hierarchie, & Christianae Reipublicae praefecti: sed ad solum Principem, ac praefectum pertinet officia, ac ministeria distribuere: sicut & officia secularia in civitatibus distribuuntur ab alio, qui habet excellentiorem potestatem, sicut a Rege; ergo &c. Potestas Episcopalis (inquit S. Th.) se habet ad potestatem Ordinis inferiorum, sicut politica, quae communis aliquid bonum speciale. . . Politica autem potest, ut dicitur in 1. Ethic. c. 2. legem inferioribus, scilicet, quos, quam debet exercere, & quantum, & qualiter. Et ideo ad Episcopum pertinet in omnibus divinis ministeriis alios collocare, unde ipse solus confirmat; quia confirmati in quodam officio consensum debent. Et ideo ipse solus Virgines benedicit, quae figuram gerunt Ecclesiae Christo desponsatae, cuius cura ipsi principaliter committitur. Ipse etiam in ministris Ordinis ordinandos consecrat, & usum, quibus uti debent, eis determinat sua consecratione &c.

S. II.

Contraria Fundamenta.

VI. Primo obijciunt. S. Paulus, ad Timotheum 4. v. 4. Ordinationem vocat impositionem manuum Presbyteris: Noli (inquit) negligere gratiam, quae est in te, quae data est tibi per impositionem manuum Presbyteris. Unde haec etiam, grate mos est, ut simplices Presbyteri una cum Episcopo manus illis imponant, qui Sacerdotes inaugurantur; ergo Presbyteris non minus, quam Episcopis potestas ordinandi convenit. Confirmatur. Act. 6. v. 6. de primis Diaconis a multitudine electis, dicitur: Hoc statuerunt ante conspectum Apostolorum; & orantes impositionem eis manus: ubi videtur totum a multitudine peractum. Et c. 13. Paulus, & Barnabas leguntur ordinati, non ab Apostolis, sed a Prophetis, & Doctores, qui erant Antiochie.

VII. Respondeo, iuxta S. Chrysolomum, in hunc locum, 1. ad Timotheum, Presbyteri nomine intelligi catur Episcoporum; eo quod quicumque ab Apostolis ordinabantur Presbyteri, ordinabantur etiam Episcopi, ad quorum ordinationem tres saltem Episcopi requiruntur. Ritum autem, qui etiam modo servatur, quod in ordinatione simplicis Presbyteri, alii Presbyteri una cum Episcopo manus imponant, est mera caeremonia ordinationis substantiam non tangens: unde Presbyteri, qui ordinatio manuum imponunt, formam non profertunt, ideoque ordinationis ministri non sunt.

VIII. Ad Confirm. dico: primos Diaconos fuisse quidem a multitudine electos, & oblatos, ut ordinandos ab Apostolis; & ideo dicitur, quod eos statuerunt ante conspectum Apostolorum: sed solennis manuum impositio cum precatibus a solis Apostolis peracta est. Ad id, quod additur, respondeo, quod, vel ibi non describitur ordinatio Pauli, & Barnabas, cum enim Ecclesiam Antiochenam iam fundasset, ibique verbum Dei disseminasset, cum insuper Paulus, & Barnabas ibi inter ministrantes Domino recenserant; fit, ut jam fuissent ab Apostolis ordinati, & quod illa impositio manuum non fuerit ordinatio; sed nova delegatio ad opus, ad quod Spiritus Sanctus eos elegerat. Vel si ibi fer-

mo fit de eorum ordinatione: non a multitudine, cui non incumbit munus ministrandi, & sacrificandi, id peractum est: sed a Prophetis, & Doctoribus, de quibus ibi mentio fit, & qui forte erant Episcopi, Pauli & Barnabae consecratores, cum de numero sacrificantium essent.

IX. Secundo obicitur. Concilium Nicenum I. in litteris ad Ecclesiam Alexandrinam, & ad fratres Lydium, Egyptum, & Pentapolim incoletentes, quas legere est apud Secratem, l. 1. Hb. c. 9. precipit, ut Presbyteri, quos Meletius ab Alexandro Patriarcha Alexandrino depositus consecraverat, tanquam Clerici reciperentur in Ecclesie sinum (si tamen Meletiano schismati non adhaesissent) immo jus illis factum est alios Clericos ordinandi. Decevit enim, eos potestatem habere & ordinandi, & qui Clero digni fuerint nominandi.

X. Respondet, hoc esse falsum, Nam, ut recte advertit Valesius, concedit eis tantum potestatem Eligendi, & proponendi nomina eorum, qui in Clerum eligi meruerint. Permittit ergo illi jus nominandi, ac suffragium ferendi in electionibus eorum, qui Clero adferri debeant: quod jus ademerat illis qui Meletiano schismati adhaeserant: non vero jus ordinandi, quod simpliciter Presbyteri non habebant.

XI. Tertio obicitur. Qui potest majus, potest & minus sed Presbyter ordinario jure potest consecrare corpus Domini, quod est majus, & principale, ad quod Ordo ordinatur, ergo multo magis potest hominem ad minus consecrandi ordinare.

XII. Respondet primo cum S. Th. a. 1. citato, ad 4. quod Quamvis sacramentum Eucharistiae sit maximum sacramentum in Jure, tamen non collocat in aliquo officio, sicut Ordinis sacramentum. Collocare autem in officio ad eum solum spectat, qui habet in eo ordine excellentem potestatem. Respondet secundo, quod qui potest majus, potest minus ejusdem generis, subordinatum, & naturale. Sed in rebus diversi generis, non subordinatis, & a beneplacito concedentis dependentibus, non sequitur, quod qui potest majus, possit minus: & quia potest esse quod id, quod est minus supponat potestatem majorem: & quia qui largitur est majus, non vult largiri minus, nam Spiritus S. divisit singulis prout voluit.

XIII. Quarto obicitur. Plus distat Sacerdos a Diacono, quam Episcopus ab Episcopo: sed Episcopus potest consecrare Episcopum: ergo & Sacerdos potest consecrare Diaconum.

Respondet S. Thom. art. 1. citato, ad 5. Quod ad communicationem alteri quod quis habet, non exigitur solum propinquitas, sed & completio potestatis. Et quia Sacerdos non habet completam potestatem in hierarchici officii, sicut Episcopus: ideo non sequitur, quod possit Diaconum facere, quamvis ille Ordo sit sibi propinquus.

XIV. Quinto obicitur. Aaron fuit ordinatus Sacerdos a Moyse, qui tamen non videtur fuisse Sacerdos: cum Sacerdotium ad solum Aaronem pertinet, ejusque filios.

Respondet, Sacerdotium eundem legem pertinuisse ad Aaronem, ejusque filios: sed nihilominus Moyse fuisse verum Sacerdotem, ostendunt verba Pl. 98. vers. 6. Moyse, & Aaron in Sacerdotibus ejus. Quod affirmat S. August. in illius Psalm. Notat tamen S. Thom. in 4. dist. 19. in Expof. textus: quod Moyse Sacerdos dicitur, non officio oblationes offerendi: sed quia sacra primitias populo dedit immediate a Deo accepta. Et hoc auctoritate a Deo accepta conferre potuit Aaroni Sacerdotium.

DUBIUM II.

An Episcopus Haereticus, vel Schismaticus, vel Depofitus, vel Degradatus possit Ordines Conferre?

S. I.

Referantur Opiniones.

I. Sanctus Thomas, in suppl. 3. p. 9. ar. 2. seu in 3. dist. 25. q. 1. ar. 2. dicit: Quod circa hoc ponitur in Littera (Mag. Sent.) quatuor opiniones. Quidam enim dixerunt, quod haereticus, quando ab Ecclesia toleratur, habet potestatem Ordines conferendi, nec autem postquam fuerit ab Ecclesia praecisus: similiter nec degradatus, & alii hujusmodi. Et haec est prima opinio. Sed hoc non potest esse. Quia omnis potestas, quae datur cum aliqua consecratione, nullo casu contingente tolli potest, ut ipsa dicitur, sicut nec ipsa consecratio annullari: quia etiam altaria, vel christa semel consecrata perpetuo consecrata manent. Unde cum Episcopus potestas cum quadam consecratione datur; oportet, quod perpetuo maneat, quantumcumque aliquis peccat, vel ab Ecclesia praecidatur.

Et ideo alii dixerunt, quod praecisus ab Ecclesia, qui in Ecclesia Episcopalem potestatem habuerunt, retinent potestatem alios ordinandi, & promouendi, sed promouere ab eis hoc non habent. Et haec est quarta opinio. Sed hoc etiam non potest esse. Quia si illi, qui fuerunt in Ecclesia primitivi, retinent potestatem, quam acceperunt, patet, quod requiritur sancta potestas, veram consecrationem facientis: ideo vero tribuitur omnia potestas, quae cum consecratione datur: & sic ordinari ab eis, vel promoueri habent eandem potestatem, quam ipsi.

Et ideo alii dixerunt, quod etiam praecisus ab Ecclesia possunt Ordines conferre, & alia sacramenta, dummodo formam debitam, & intentionem servent, & quantum ad primam effectum, qui est collatio sacramenti, & quantum ad ultimum, qui est collatio gratiae. Et haec est secunda opinio. Sed hoc etiam non potest esse. Quia ex hoc ipso, quod aliquis haereticus

praecisus ab Ecclesia in sacramentis communicat, peccat: & in suis actibus accedit, & gratiam consequi non potest, nisi forte in Baptismo in articulo necessitatis.

Et ideo alii dicunt, quod vera sacramenta conferuntur, sed cum eis gratiam non dant, nec propter inefficaciam sacramentorum, sed propter peccata recipientium ab eis sacramenta contra prohibitionem Ecclesiae. Et haec est tertia opinio, quae vera est.

Hinc ergo S. Thomae doctrinae inhaerentes duo hic referemus. Primum, circa validitatem ordinationum ab Episcopo haeretico, vel schismatico susceptarum. Secundum, illicitam ejusdem susceptionem, & exercitium Ordinum sic susceptorum.

S. II.

Prior Resolutio.

II. Dico, Episcopus haereticus, vel schismaticus conferens Ordines cum debita forma, & intentione valide ordinat. Prob. primo ex ratione S. Thomae supra relata. Nam Episcopus pro haeretico, aut schisma non amittit potestatem, quam habuit in sui consecratione, haec enim, vel est character Episcopalis, vel cum eo inseparabiliter conjuncta est: ergo licet haeretico, vel schisma non tollit potestatem conferendi; & in haeretico cum debita forma consecratur valide consecratur, ita valide ordinatur: qui ad valorem sacramentorum nec fides, nec probitas requiritur in ministro, ut in Tract. de Sacram. in Gen. didum est.

III. Secundo. Id probat veteris Ecclesiae consensus. Nam haec ab haereticis, vel schismaticis ordinatos ab haeretico venientes non reordinavit. In Concilio Romano a Melchiae celebrato, anno 313. in Causa Caeciliani Carthaginensis Episcopi contra Donatistas, uno Donato schismatis auctore damnato, decretum est: ut Episcopi a Majorino Carthagine Donatistiarum Episcopo ordinati schisma relinquunt, gradum suum retinerent, & obtinerent Ecclesiam in quibus priores Catholici ordinati fuissent. Quod decretum S. August. Epist. 162. modo 43. c. 5. his verbis commendat: Quasi ipsius Beati Melchiodis est prolata sententia, quam innocenti, quem intra, quam provisum arguit peccator... Donato solo, quem totius mali principem, invenerat, maxime culpam, fuisse ita superanda opinionem liberam exteri scie, pariter communicaverit litteras mittere etiam illi, quos a Majorino ordinatos esse constaret: itam quilibetque loci duo essent Episcopi, quos dissenso geminatos, cum confirmari velles, qui fuisset ordinatus prior, alteri autem eorum plures alia regenda provideretur. O virum optimum, & filium Christiana pacis, & patrem Christiana plebis.

IV. In Concilio Niceno, anno 325. Can. 8. Novatianis Clericis, qui ad fidem convertuntur, conceditur, ut suscepto Confirmationis sacramento (quod apud Novatianos negligebatur) & salvo Catholico verum jure, in eodem ordine ministrarent, quo apud suos ministrarant.

Plures ex Episcopis, qui sextam Synodum celebrarunt a Patriarchis Monothelitis ordinati fuerunt: & tamen eorum ordinatio improbat non est, quamvis eorum ordinatorum damnati fuerint: Quia potius (inquit Tharasia Patriarcha Constantin.) & plures eorum, qui in sexta Sancta Synodo confederunt a Sergio, Pyrho, Paulo & Petro Constantinopolitanis Patriarchis praecipue videlicet haereticos, unam voluntatem in Christo praedicantem, ordinati sunt... & propterea non sunt improbandi... sed sexta Synodi Patres ipsos quatuor anathematizaverunt, quamquam ordinatio eorum valida esset... Similiter in septima Synodo, Actione 1. haec leguntur: Tharasia... dicit... suscipiunt ab haereticis ordinatos? Sancta Synodus dicit... Oportet suscipere.

Duos Encratitarum, ab Encratitis Episcopis procul dubio ordinatos, suo tempore in Ecclesiam receptos fuisse, scribit S. Basilius, in Epist. 1. ad Amphibolium. Idem circa Episcopos ab Ariana haerese, ad Ecclesiam confugientes factitium esse suo tempore scribit S. Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos, quos hanc Ecclesie aconomiam improbatos impugnat, inter alia dicens: Eadem ratio Episcopum ad Arianos recipio, quia tu recipis (ab Arianis) baptizatum. Et inferius Concilii Niceni factum allegans: Synodus quoque Nicena (inquit) omnes baptizatos suscepit, exceptis Pauli Samosatani discipulis: & quod hi magis essent, Episcopi Novatianorum, si conversus fuerit, Presbyterii gradum servat, quae sententia, & Luciferum impugnat, & Hilarium (Ecclesiae Romanae Diaconum schismatici Luciferiani auctorem) qui volebant, Episcopos ab Arianis venientes non admitti, nisi ad communionem laicam.

De Donatistis quoque cum suis honoribus ab Ecclesia susceptos, praeter supra laudatum Melchiodis decretum a S. Aug. commendatum, ejusdem adell. Tullionium, Ep. 50. (modo 185.) ad Bonifacium Comitem. Quod & de Nestorianis Clericis ad fidem venientibus, nimirum, cum fuo gradu fuisse receptos testatur S. Gregorius Magnus, l. 9. Ep. 61. (modo, l. 11. Ep. 67.) ad Quirinum, seu Quiricum, in Iberia Episcopum, ubi de Clericis Nestorianis ad fidem conversis, haec habet: Absque ulla dubitatione eos Sanctissimus Vester, servatis in propriis Ordinibus in suo casu recipiat, ut dicitur... per mansuetudinem nullam eis conserantur, vel difficultatem de propriis Ordinibus faciat, eos ab antiqui hujus ore rapitatis. Et.

V. Ex his omnibus argui potest sic. Verus Ecclesia variis temporibus, ut multitudinis, vel etiam privatorum hominum in haerese, vel schismate perentium licet consulere, eosque ad unitatem facilius revocare: Clericos, Presbyteros, & Episcopos haereticos, vel schismaticos ab Episcopis haereticis

vel

vel schismaticis extra Ecclesiam ordinatos, ad Ecclesiam redeuntibus, in Ordinibus, quibus apud suos insigniti fuerunt, abique nova ordinatione subiectis, eosque exequi permittit: sed si ordinationes extra Ecclesiam, licite debito ritu factae, non fuissent ab Ecclesia judicate valide, eas admittere nunquam posuissent, quocumque praesentis, immo & futuris procuranda studio: sicut nunquam potuissent ratum habere Baptisma ab haereticis, vel schismaticis collatum, nisi valorem Baptismatis etiam extra Ecclesiam datum, certum, ac exploratum habuisset; ergo &c.

VI. Sed in contrarium opponitur Innocentius I. Epist. 22. ad Episcopos Macedoniam, cap. 3. ubi dicitur in ordinatos ab haereticis Ordinationis honorem licet habere non possit. Si respondens, Innocentium ibi ordinationem haereticorum non rescire tanquam nullam; sed solum velle, sic ordinatos ad fidem venientes, ordinationis honore, & gradu suum non posse, nisi prius ad laicam communionem redacti, poenitentiae remedio electricum ex vulnere illicitae manuum impositionis sanarentur.

VII. Contra instatur. Innocentius ibi prosequitur: E contrario offerit cum (ordinatore haeretico) qui honorem amittit, honorem dare non posse: nec illum (ordinatum ab haeretico) aliquid accepisse, quia nihil in dante erat, quod ille posse accipere. Acquisivit, & verum est. Certe quod non habuit, dare non potuit; damnationem utique, quam habuit, per pravam manus impositionem dedit: & qui participat effectus est damnato, quando debet honorem accipere, invenire non possunt.

Respondet tamen, Innocentium verba facta indicare, eum non loqui de potestate Ordinis, sed de honore Ordinis: seu de jure utendi licite hac potestate, vel de effectu Ordinis qui est gratia. Nam cum ordinans, per haerese, vel schisma a jure utendi sua potestate excedit, & in damnatione positus sit, non potest dare ei quem ordinat, nisi damnationem: nec qui ab illo ordinatur, jus potestatis accipere licite utendi potest accipere, nisi ad Ecclesiam veniens, peccata prius poenitentia, in jus, & honorem admittatur.

Porro non aliam esse Innocentii mentem, ex eo colligitur: quod cum sibi obijcerit factum Anisi Theofalonensis, & aliorum Macedonae Episcoporum, a quibus ibi, quos Bonifacius haereticus ordinaverat, in ordinis ab eo accepti honorem recepti fuerant: & insuper, Canonem 8. supra laudatum Concilii Niceni statuentis, ut Clerici Novatiani ad fidem conversi, suscepto Confirmationis sacramento, in eodem Ordine ministrarent in Ecclesia, in quo apud suos ministrabant: Respondit, id necessitate, ac pacis utendae, vel scandalum avercendi factum esse, non autem secundum veterem regulam, & Apostolicam, quam Ecclesia Romana custodit: quae Ordinari ab haereticis, ab Ecclesia in ordinis sui honorem non recipiuntur, nisi prius in laica communione exacta poenitentia. Quod si Innocentius quoad substantiam irritas Ordinationes ab haereticis factas judicasset: factum ab Aniso, & a Concilio Niceno tanquam ex necessitate factum non probasset, sed tamquam irritum rejecisset: quia nulla necessitate consiliiarii potest, quod fecerunt substantiam nullam, & irritum est.

VIII. Expedit pro pleniori notitia exquirere: quo pacto olim ab haereticis ordinati ad Ecclesiam venientes, in ea reciperentur. Tribus prioribus seculis receptos tantum fuisse in laicam communionem, aperte colligitur ex facto Melchiodis supra narrato, adeoque ab Augustino commendato: quod in Concilio Romano inuente seculo quarto, nempe, anno 313. constituitur, ut Clerici Donatistae ad Ecclesiam venientes, in ea ministrarent in suis Ordinibus. Et ex Canone 8. Concilii Niceni I. idem pro Clericis Novatianis statuit. Si namque antea haereticorum, vel schismaticorum Clerici ad Ecclesiam venientes in suis Ordinibus ministrare libere permittentur; non erat cur S. Augustinus Melchiodis in hoc elementum tantopere commendaret, nec cur pro Novatianis speciale Canonem eederet Niceni Patres. Quod confirmat Innocentius I. nuper relatus, dicens, quod decretum Anisi de recipiendis ordinatis a Bonifacio, & Canon Nicenus de ordinatis a Novatianis, fuisset remedium necessitatis temporis adhibitum; quod Constantinus primus non fuisse, ac fuisse regulas veteres (contrarias) quas vel ab Apostolis, vel Apostolicis viris traditas Ecclesia Romana custodit.

IX. Quamvis autem Romana Ecclesia praefatum suum morem non recipiendi in suis Ordinibus ordinatos ab haereticis toto quarto seculo, immo etiam inuente quinto continuaverit: immo nec licitos ab haereticis baptizatos, nisi ad laicam communionem reciperent, nec ad ullam Ecclesiasticam ministrantur promovendi permittit, ut ex ejusdem Innocentii Epist. 22. c. 4. ubi ait: Nihil vero lex Ecclesiae, venientibus ab haereticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum tribuat communionem, nec ex aliquo in Clericatus honorem, vel exiguum subrogare. Quamvis, inquam, haec esset Romana Ecclesiae disciplina, & trium primorum seculorum fuisset, minor tamen quarto seculo esse coepit; & ordinari ab haereticis, vel schismaticis venientes ad Ecclesiam conperent permitti, & deinceps permitti sunt Ordines suos exercere, ut in Novatianis patet, Meletianis, Bonifacianis, Donatistis, Nestorianis, Monothelitis. Et hoc (ut dicebat S. Gregorius supra laudatus) non repellendos eos a suorum Ordinum exercitio difficeret licet eis reditus ad Ecclesiam, & facilius ab antiqui hostis ore repererunt.

X. Si quaratur ulterius: Quo pacto Clerici in Ecclesia ordinati, si postea in haerese, vel schisma lapsi poenitentibus ad eam redirent, olim in ea reciperentur.

Respondet, quod Clerici, qui in Ecclesia ordinati, in haerese lapsi, poenitentes ad Ecclesiam rediunt, a tribus

prioribus seculis ad laicam tantum communionem admittentur, nec suos ordines exercere permittentur amplius. Nul- lum enim per trecentos sexaginta priores annos legitur exemplum, quo probati possit, Clericos, de quibus quaestio est, in Ecclesie sinum admittis fuisse cum facultate Ordines, etiam in Ecclesia Catholica receptos, exequendi. Tunc enim temporis etiam Clerici, qui in haerese, vel aliud grave crimen lapsi fuissent, poenitentiae publice addebantur; quae erat impedimentum canonium, tum ad recepta ordinationis exercitium, tum ad ulterioris promotionem. Itaque tales solum ad communionem laicam admittentur.

XI. Primum hujus dispensationis exemplum occurrit in Synodo Alexandrina, anno 362. per Athanasium sedem suam recipere a Juliano permittim celebrata. Annuit enim illi Synodus Ordinis, & dignitatis exercitium Episcopos, qui in Concilio Arimineni per vim, aut dolum Ariana haerese subscripserant. Cui indulgentia elto Lucifer Calaritanus sese opposuisset, factus propterea schismaticus: consensit tamen, teste S. Hieronymo, in Dialogo contra Luciferianos, Liberius Romanus Pontifex, & cum eo totus Occidens. Eamque laudat S. August. Epist. 50. (modo 185.) ad Bonifacium Comitem, e. 10. utens exemplo S. Petri, qui etiam postquam Christum negavit, ut poenitentiam egit, mansit Apostolus. Etenim licite iustissime qui vere fidei terga verterunt, etsi redeant poenitentes antiquis honoribus privati maneat; ne spe honoris recuperandi poenitentiam hanc agant: ubi tamen commune bonum, & Ecclesiae pax contrarium exigit, a lege disciplinae dispensandum est. Videatur S. August. loco citato.

XII. Labente quarto, & quinto inuente seculo transfugas alicubi admittis fuisse in communionem Catholicam cum potestate exercendi Ordines, quibus ante suam defensionem inaurati fuerant, apparet ex Epistola Canonica Basili ad Amphibolium c. 10. Quia tamen Episcopi Macedoniam hanc indulgentia abutentur, transgressi absque poenitentia praevia recipientes, Innocentius I. Ep. 22. cap. 5. de his incoqueretur: de vero illi, qui a Catholica fide ad haerese transierunt, quos non aliter oportet, nisi per poenitentiam suscipi; quod vos non statim poenitentiam non agant: verum etiam honore cumulantur, Patres tamen Septimae Synodi Oecumenicae in benigniorum disciplinam conferentur. Perlectis enim veterum Patrum monumentis, tandem statuerunt, ut. A. 1. Ut apostatis, qui ab haerese redierunt, indulgerentur, & prius dignitatis gradus, & recepti in Ecclesia Ordinis exercitio.

S. III.

Posterior Resolutio.

XIII. Dico, Ordinationes factae ab haereticis, schismaticis, suspensis, excommunicatis, degradatis &c. prorsus illicitae sunt: & qui sic ordinatur non solum peccat, sed ab exercitio suorum Ordinum sunt suspensus. Prior praesentis primo. Quia eas tanquam immundas, & gratia vacuas damnarunt Damascus, Epist. 4. (& refertur p. 9. q. 4. cap. Per illicitam) dicens: Per illicitam manus impositionem vulnerari caput suscipientis. Quod ilidem expressis verbis dicit Innocentius I. Epist. 22. de qua supra. Hinc viri pii, & sancti se ordinari ab Heterodoxis semper abhoruerunt. Moses Monachus, & miraculis conspicuus, referente Theodoro, lib. 4. Hist. c. 23. grande piaculum duxit, se ordinari a Lucio Ariano. Cum enim vidisset Lucium manus ipsi imponere conatum: Absit, inquit, ut ego manus tua ordinar. Te enim invocant non sapienter gratia Spiritus Sancti. Et ibidem c. 15. idem Theodorus narrat, quod cum Antiochus Eusebii Episcopi Samosatani nepos, patris successores, a Synodo Provinciae delectus fuisset, tumque ad altare adduceretur, & genua flexura coegeret, conversus ille, postquam Joannem (Episcopum Pergae cum Ariano communicantem) vidit manus capiti suo imponente, doctorem esse regulis, amque in numerum consecratorum removeri iussit. Et.

XIV. Secundo. Quia ex Paulo, Habr. 5. v. 5. Nec quisquam sumit sibi honorem (Sacerdotii) sed qui vocatur a Deo, sicut & ab ipsa Ecclesia, a qua sunt velut membra purgata divaltes, & absconditi, abiciuntur; ergo &c. Haec ratio utitur Innocentius I. Epist. 22. laudata; i. 5. his verbis: Res sunt usquequaque dignitatis, qui consecrationem sacramentorum sibi vindicaverunt auctoritatem, argue in se putaverunt esse, quod de his nulla fuerat regulari ratione concessum.

XV. Tertio, & simul probatur secunda pars. Illa ordinatio illicita censetur, cujus exercitio actus interdicuntur: atqui ab haereticis, & schismaticis ordinatis usus, & exercitium Ordinum interdicitur; ergo &c. Min. prob. Tum ex S. Thom. in Suppl. 3. p. 9. ar. 2. ad 3. dicens: Quod illi, qui promouentur ab haereticis, quamvis accipiant Ordinem, non tamen recipiunt executionem, ut licite possint in suis Ordinibus ministrare, ratione, quam obsequio rangit: nempe; Quod in nulla communione, qui a communicato expellitur, potest officia communicati dispensare. Et haec ratione tales ordinationes interdictum vocantur irrita, non quia sint invalide, sed quia non licet sic ordinatio actum sui Ordinis exercere. Quandoque etiam siccordinatus dicitur nihil recipere, ut apud Innocentium I. Ep. 22. citata; quia nec Ordinis honorem, sive administrationem recipit, nec (si scilicet a talibus ordinetur, atque ita communicet peccato eorum) gratiam iustitiam.

Tum etiam: ab usu Ordinis sic accepti interdicti statutum habemus ab Innocentio III. C. Excommunicati, his verbis: Priorem, quem a schismatico offerit ordinatum, ab officio poterit repellere incunctanter, nisi legitime probaverit, suum fuisse ministrantem.

revertitur dispensatum, & ab ea persona, qua super hoc potestas haberi solent dispensatur.

Immo tam rigide ea disciplina quondam observabatur; ut nec infirmitas, nec ignorantia ordinati suspensionem ab Ordine executione, & promotione ad majores impeditent. Quare Stephanus Tornacensis, Episc. 108. dispensationem a Lucio III. Rom. Pont. postulavit pro Odone Clerico, quem Herberus Bylunius schismatico gradu Aralybi qualitercumque suscepit, cum prius a Catholicis Clericis factus fuisset, nesciens miser, quantum veniit peccata inflaret, quantum periculi manus illa lapsa sibi, vel ad presens, vel in posterum importaret. Apertur super eum, obsecro, pateris Apostolica pietatis vultus, maternis Ecclesie Romanae sinus expandatur; ut qui in suscipiendis minoribus Ordinibus deliquit, ad majores vultus humiliter promovatur.

DUBIUM III.

Utrum a quolibet Episcopo Catholico possit quisque Licite Ordinari.

S. I.

Qua fuerit Antiqua Praxis.

I. Dico. In antiqua Ecclesia Laici a quolibet Episcopo Catholico licite ordinari poterant, etiam inconfulto Episcopo, in cuius Diocesi nati erant, Clerici vero id non poterant. Probo, primo. Quia Canonis, qui decem prioribus saeculis conditi sunt, dum vetant, ne alieni ordinentur absque proprii Episcopi consensu, de solis Clericis loquuntur; ita ut prohibeant, ne quis inconfulto, ac invito Episcopo, a quo primus Clericus factus est, ad Ordines promovatur. Concilium Carthag. III. Can. 21. ait: Ut alienum Clericum, nisi consensu eius Episcopi, nemo audiat, vel retineat, vel promoveat in Ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam Levites, & Psalmisti, & Offitarii retineant. Ad quem Canonem alludens S. Augustinus, Ep. 237. (modo 64.) ad Quirintianum, ait: Recense ergo Concilium, & omnia, qua ibi legitur, commendanda memoris; & ibi etiam invenies, de solis Clericis fuisse locutum, non etiam de laicis: ut undecumque venientes non recipiantur in Monasterium. Quibus apparet, Clericos nec potuisse, inconfulto eorum Episcopo, recipi in Monasterium, nec vero Laicos. De solis Clericis, nulla facta de Laicis mentione, loquitur Concilium Araulicanum I. Canon. 8. De Laicis quoque filius S. Leo Magnus, Episc. 34. dum scribit: Alienum Clericum, invito Episcopo ipsius, nemo suscipiat, & nemo folliciet; nisi forte ex placito charitatis id inter dantem, accipientemque conveniat. Ex quo Concilium Aquilgranense, anno 316. Canon. 68. In Diocesi (inquit) Leonis Papa sanctum est, ne Episcopus alterius Episcopi ad se non folliciet, nec ordinet. Patet igitur, veterem Ecclesiam fuisse quidem semper follicietam, ne Clerici unus Episcopi, ipso inconfulto, ad alio Episcopo promoverentur; quod etiam a Conc. Niceno I. Canon. 17. statutum fuerat, de laicis vero, cum nullum ediderit Canonem, permisit, ut a quolibet Episcopo possent ordinari.

II. Hoc etiam firmatur exemplis. Primo. Origenes Alexandriae natus, in Palaestina, & Clericus, & Presbyter consecratus fuit a Theodotio, & Alexandro Cesaree, & Hierosolymorum Episcopo. De eius ordinatione conquestus quidem fuit Demetrius Alexandrinus: verum non obicit ullam Ecclesiasticam legem id fieri prohibentem; sed unicam irregularitatem, quam ex voluntaria sui ipsius mutilatione contraxerat: Nihil aliud habuit: (ait Eusebius, lib. 6. Hist. cap. 8.) quod obiceret. Secundo. Martinus a Pannonia oriundus, & Ambiani, baptizatus, relicta paulo post militia, Hilarius Pictaviensis voluit Diaconum ordinare; cumque constanter renueret, hoc gradu se fe indignum iudicans, Exorcistam fe ordinari passus fuit: ne videretur tale officium tanquam humiliter deprecari. Tertio. Paulinus, postea Nolanus Episcopus, Burgalgae natus, & baptizatus, per vim, ut ipse loquitur, inflammata subito plebis a Limpio Barchinone Presbytero consecratus fuit. Quarto. S. Hieronymus Stridone in Dalmatia natus, a Paulino Antiocheno Episcopo ad Sacerdotium invitatus promotus est. Hos autem & Laicos, & sine Episcopo, in cuius Diocesi nati, vel baptizati erant, literis dimissorias ordinati fuisse, ex circumstantiis apparet. Quod autem sic potuerint licite ordinari, tum ex eorum; tum ex Episcoporum, a quibus ordinati fuerunt, pietate, facile colligi potest.

S. II.

Qua se Recentior Praxis.

III. Dico. Secundum presentem disciplinam nemo etiam potest, nisi a proprio Episcopo, & Ordinibus promovetur licite presens sit, vel eisdem literis dimissorias, si sit absens. Primus, qui illic tam reddidit etiam Laicorum ordinationem ab alieno Episcopo, sine proprii Episcopi licentia, creditur fuisse Bonifacius VIII. qui exente saeculo 13. nimirum anno 1294. prohibuit, ne laico unus Diocesis, sine proprii Episcopi licentia, alterius Diocesis Episcopus Clericalem tonsuram (qua a statu laicali ad Clericalem quis primo transit) con-

ferat, Cap. Cum nullus, de Tempor. Ordin. in 6. quo dicitur: Nullus Episcopus... absque sua superioris licentia homini dicitur esse alieno Clericalem presbiteri conferre tonsuram... Qui contra fecerit... per unum annum a consecratione Clericis tonsuram damnatus, novis se suspensus.

Idem generaliter statuit Concil. Trident. Sess. 23. de Reform. c. 8. his verbis: Unusquisque autem a proprio Episcopo ordinatus, quod si aliquis ab alio promovatur per se, & licentiam id ei, etiam cuiusvis generalis, seu specialis rescripti, vel privilegii preterea, etiam statuti temporibus permittitur, nisi ejus premissas, ac nunc Ordinarii sui summam commendaverit. Si fecerit, suscipitur Ordinis executione, quamvis proprio Ordinario debetur expedire, se suspensus. Nunc duo videnda supersunt. Unum, quid intelligatur nomine proprii Ordinarii. Alterum, quid veniat nomine litterarum testimonialium.

IV. Quoad primum, Episcopus ordinarius triplex potest esse, nempe, Episcopus Originis, seu loci, in quo ordinandus natus est, Episcopus Beneficii, seu loci, in quo beneficium habet. Et Episcopus Domicilii, seu loci, in quo ordinandus habet domicilium. Ita Bonifacius VIII. C. Cum nullus, de temporibus Ordin. in 6. his verbis: Cum nullus Clericam Patris aliena, prater Superioris ipsius licentiam, debeat ordinari, Superior intelligitur in hoc casu Episcopus, de cuius Diocesi est, qui ad Ordines promovendi desiderat, oriundus; sic in casu dicitur beneficium obtinere Ecclesiasticum, seu habet, licet alius natus fuerit, domicilium.

V. Olim iure antiquo Episcopus loci, in quo Baptismo renatus quis fuerat, censetur Episcopus originis, a quo poterat ordinari: ut colligitur ex Concilio Elberitano, Can. 24. & Carthaginensi III. Can. 44. secundum hodiernam tamen disciplinam Episcopus originis intelligitur Episcopus loci, in quo quis natus est: natiuitate naturali. Id enim significat verbum Canonis: De cuius Diocesi est, qui ad Ordines promovendi desiderat, oriundus.

VI. Episcopus vero Originis in diversis regionibus diversimodo accipitur. In Gallis enim censetur licet tantum, in cuius Diocesi aliquis natus est, vel respicit, vel per fictionem juris. Dico, vel per fictionem juris. Nam, qui sortito natus est in loco, per quem mater transit, aut in quem venerat, non animo ibi semper commorandi: censetur natus in patris domicilio accipitur. In Gallis enim censetur licet tantum, in cuius Diocesi aliquis natus est, vel respicit, vel per fictionem juris. Dico, vel per fictionem juris. Nam, qui sortito natus est in loco, per quem mater transit, aut in quem venerat, non animo ibi semper commorandi: censetur natus in patris domicilio accipitur. Idem dico de filiis, quos Oratores, vel alii pro negotiis publicis a Principibus delegati suscipiunt in remotis regionibus, ad quas missi sunt ad annos aliquot, & non tot, quot constituendo domicilio sufficere; in patriam enim redire censentur ex paterna civitate oriundi; & ita pro Episcopo originis habent Episcopus civitatis paterna.

In aliis vero regionibus maxime in Italia, secundum ius commune, Episcopus loci, ex quo pater oriundus est, censetur Episcopus originis etiam respectu filii: ita ut Bononiensis Florentie domicilium fixerit & ibi ex uxore filium suscipiat; non solum Florentinum, sed & Bononiensem censetur Episcopus originis respectu filii sui: qui proinde postmodum poterit pro arbitrio eligere, vel Florentinum in diocesi cuius ipse natus est, vel Bononiensem, in cuius Diocesi natus est pater eius; ut cum alio docet Zerola, in Praxi Episcopali p. 2. verbo, Dimissoria. Et fundamentum habet in L. assumpsi, ff. ad Municipalem, S. Filius. Et L. filius, C. de Municipibus.

VII. Episcopus Domicilii dicitur Episcopus loci, ubi quis laicum, renunciat, ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus non se distulaturus est, ut habetur Leg. Cives, Cod. de Incolis. Episcopus ergo domicilii est Episcopus loci in quo quis, relicto in perpetuum sui originis loco, habitat animo sibi permanenti perpetuo; unde & ibi rerum, ac fortunarum suarum summam constituit.

VIII. Ad fundandum ius domicilii in aliquo loco, habitatio per decennium sufficere solet. Si tamen velit ibi ordinari, magna cautela procedere debet Episcopus; adeo ut certus sit, eum ibi morari non ratione honoris, aut officii; fed stabilem ac perpetuam ibi fixisse domicilium. Causa etiam discussa loco originis exquirenda est. Ut enim monit Clemens I. Cap. Sape, de tempor. Ordin. in 6. Sape contingit, quod nonnulli Clerici viculis excommunicationis astricti, aut apostatae, seu irregulares, vel alii Ordinum sacrorum susceptione indigni, suam patriam, in qua de his habetur iuris, fugerint; se in remotis partibus facientes ad habitandum Ordines promovendi. Cui, ut occurrit malo, prohibet omnibus Italiae Episcopis, ne aliquem Clericum ultramontanum ordinare presument, nisi ad hoc speciale licentiam habeat, vel a summo Pontifice: Vel ab Episcopo, de cuius Diocesi natus originem ordinandus, vel in cuius Diocesi beneficium exiit, per ipsius patentes litteras causam rationabilem continens, quare ipsum nolit, aut nequeat ordinare. Decernens, eos, qui contra hanc prohibitionem fuerint ordinati, manere suspensos absque spe dispensationis a Sede Apostolica obtinende: ordinator vero poena condigna puniendus. Ab hac tamen prohibitione Concilia Mediolanense IV. anno 1576. & Aqueense anno 1585. excipiunt eos, qui per decennium illius loci incolasum habuerunt. In Gallis tamen, qua non ita facile consistere potest, eos etiam post decennium non habere animum ad patriam revertendi, ad Episcopos originis remittuntur.

IX. Episcopus Beneficii ille est, in cuius Diocesi ordinandus obtinet beneficium. Ad hoc enim, si aliqui indigni non sit, potest licite ordinari, sive beneficium sit simplex, sive curatum, sive reddituam polleat, sive non, sive pingue sit, sive tenuis: immo sive unum sit, sive plura in diversis diocesi-

cessibus, poterit beneficiatus quilibet illarum diocesium Episcopo pro sui ordinatione adire. Nam in Cap. Cum nullus, generaliter loquitur summo Pontifex. Nonnullis tamen videtur, quod si beneficium, quod quis obtinet in diocesi, in qua nec natus est, nec domicilium habet, sit tenuissimum, ob fraudis presumptionem, non possit ab Episcopo loci, in quo beneficium est, licite ordinari, vel saltem non expedire: nisi ostensa prius licentia Episcopi loci, in quo natus est, & domicilium habet.

Quod eo magis tenendum est, si beneficium in aliena diocesi obtentum sit in fraudem, puta, ut ordinandus iudicium, & examen Episcopi, in cuius Diocesi natus est, ac domicilium habet, declinet. Cum frans nemini debeat patrocinari, non poterit, sub poena suspensionis, ordinari ab Episcopo loci, in quo obtinet beneficium, sine licentia proprii Episcopi. Et Episcopus eum ordinans, si conscius, & particeps sit, a collatione ordium suspensus erit per annum, iuxta C. Res qui, Greg. X. de temp. Ordin. in 6. & Concil. Trident. Sess. 23. de Ref. cap. 8. Praestat huc asserere declarat. S. Congreg. Concilii 15. Febr. anno 1506. quae censuit: Satis esse, Clericum quemdam ab Episcopo Treverensi, in cuius Diocesi oritur orat, ad Ordines promovendi. Clericum posse etiam Episcopum Valvensis, in cuius Cathedrali Canoniceatum obtinuit, eundem ordinari. Verum tamen institutionem de vita, moribus, natalibus, certisque qualitatibus ordinandi ab Episcopo Treverensi sumere ipsum Valvensis Episcopum debet; praesertim quoad doctrinam, circa quam ad eodem Episcopo ordinandus diligenter examinandus est.

X. Si quaeratur: Quomodo sit proprius Episcopus Regularium, respondet, esse Episcopum diocesanum Monasterii, in quo permanentes degunt. Constat primo, ex Canon. 17. Concilii Carthag. V. relato dicit, & Can. si quis, Et Concilio Arelatensi III. in causa Monasterii Lirimenis, ubi hoc etiam de Monachis sancitum fuit: Ut Clerici, arguere Aliteri Ministri a nulli nisi ab ipso (Episcopo diocetano) vel cum ipso injunxerit, ordinentur. Secundo, ex Bulla Leonis X. Dum intra mensis arcana, promulgata in Conc. Lateran. V. Sess. tr. qua statuitur: Ut nullatenus in Regularium Ecclesiis, sui domibus, aut alii eorum locis, ab alio, quam a diocetano Episcopo, vel eius Vicario, super hoc cum debita reverentia requiratur, & absque rationabili causa contrarietate, vel in diocesi absente, ad alios Ordines promovendi debeant. Quod confirmatum fuit a Tridentino, abrogatis, si quae in contrarium forent, privilegia, Sess. 23. de Reform. tum c. 8. tum 10. statutum, integrum, ordinandi, tum seculares, tum Regulares poterant poenes Episcopos diocesanos residere. Quare cum S. Pius V. Constat, quae incipit, Etsi Mandicantium Ordo, statuit, ejuemodi Ordinum Fratres sacros Ordines, a quolibet Antistite gratiam, & communionem Apostolicam sedis habente, Ordinarii loci minime requirita licentia, in locis, sive domibus suis recipere possent, Gregorius XV. Constat, quae incipit In tanta rerum, eam revocavit, & ad terminos juris communis, & Concilii Tridentini reduxit.

S. III.

De Dimissoriis Litteris.

XI. Dimissoriae Litterae, quae olim concedebantur, diversae admodum erant ab illis, quae modo concedi solent. Cum enim tum Episcopus per ordinationem quendam Clericum Ecclesie sibi credita ita manciparet; ut teneatur in ea residere, et inservire, nec alteri Clero inscribi poterat, nec ordinatus ab uno ad altiores Ordines ab alio promovetur: hinc fiebat, ut quoties Episcopus dimissorias litteras alicui concederet, idem esset, ac eum emancipare, manumittere, sui juris facere, & ab omni iure super illum excidere; ita ut libere possit sic dimissus alteri Episcopo mancipare, & illius Clero inscribi. Hoc voluit Concilium Carthag. III. Can. 21. dum statuit: Ut alienum Clericum, nisi concedente eius Episcopo, nemo audiat, vel retineat, vel promoveat in Ecclesia sibi credita. Et S. Leo (Ep. 48. modo 12.) ad Anastasium Testimoniensem, c. 9. Ut alienum (inquit) Clericum invito Episcopo ipsius nemo suscipiat, nemo folliciet; nisi forte in placito charitatis, id inter dantem, accipientemque convenierit. Nam gratia injuria reus est, qui de fratre Ecclesia id, quod est utile, aut pretiosius, audivit, vel alliter, vel tenere.

XII. Nunc vero Clerici ab Episcopo suo, per litteras dimissorias, pudum suae ad Ordines suscipiendos idoneitatis testimonium accipiunt. Et cum Clerici per ordinationem non mancipentur alterius Diocesis Episcopo, a quo ordinantur, ad hoc, ut ab alieno Episcopo licite ordinari possint, necesse non est, ut emancipentur proprio. Quare Conc. Trid. Sess. 23. de Ref. c. 3. Episcopi (inquit) per semetiplos Ordines conferant. Quod si aequidie fuerit impedit, subditus suus non aliter, quam si non probatur, & examinatus, ad alium Episcopum ordinandum dimittantur.

XIII. Quaesitum: An praefer proprium Episcopum possint alii litteras dimissorias concedere? Respondet, Primo: Episcopo in remotis agente, ipsius in spiritualibus Vicarius Generalis dare potest licentiam ordinandi, ut dicit Bonifacius VIII. Cap. Cum nullus, de tempor. Ordin. in 6. & dare potest litteras dimissorias, non solum ad Tonsuram, sed & ad alios Ordines etiam majores. Praesente vero, vel non longe absente Episcopo, non potest, nisi ab eo speciale, & expressam licentiam acceperit. Ita citato Cap. Cum nullus.

Secundo. Episcopali sede vacante, completa vacationis anno, potest Capitulum laicos ad Tonsuram, & Clericos ad

Ordines dimittere. Immo & intra vacationis annum eos, quos jura de Baro dicunt, Arctati autem dicuntur, vel ratione beneficii accepti requirentis servitium personale, ratione cuius teneatur intra annum sub beneficii periculo certum quemdam Ordinem suscipere. Vel ratione beneficii recipiendi, ad quod quis est vocatus, & requirit certum Ordinem; seu qui primam Tonsuram jam habens presentatus est ad beneficium, cui certus Ordo annexus est. Extra hunc casum, favore interdictur Capitulo, ne sede vacante, infra annum a die vacationis, ordinandi licentiam expediat. Concilium Trid. Sess. 7. cap. 10. de reform. Non licet Capitulis Ecclesiarum sede vacante, infra annum a die vacationis ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias, seu reverendas, ut aliqui vocant; tam ex juris communis dispositione, quam etiam cuiusvis privilegii, aut consuetudinis vigore, alicui, qui beneficii Ecclesiastici recepti, sive recipiendi occasione auctus non fuerit, concedere. Si factus sit, Capitulum contraveniens Ecclesiastico subiacet interdicto: & sic ordinari, si in minoribus Ordinibus constituti fuerint, nullo privilegio Clericali, praesertim in Criminalibus gaudent, in majoribus vero, ab executione Ordinum ad beneficium futuri delectati, sint ipso iure suspensi.

XIV. Tertio. Constat, summum Pontificem posse quemlibet ex quacumque Diocesi ad quemcumque voluerit Episcopum dimittere, ut ordinetur. Verum sic dimissus non debet ordinari, nisi de vita & moribus testimoniales Episcopi sui litteras protulerit. Has autem Episcopus, nisi ex justa causa negare non debet. Iusta autem causa est crimen aliquod, vel impedimentum quavis occultum, ipsi tamen Episcopo notum; ut ex dispositione Tridentini, Sess. 14. de Reform. cap. 1. notat Fagnanus, in 2. part. 3. Decret. de temp. Ordin. num. 12. Et hoc est ordinationem petens, si archidus beneficio certum ordinem postulanti. Porro si Episcopus eas negando iuste auctoritate sua abuteretur; tunc subditus habet remedium recursum ad Sedem Apostolicam, ut dicit idem Fagnanus, in Cap. ad Aures, eodem tit. nu. 22. ubi observat, a S. Congreg. Concilii editam fuisse sub Gregorio XIII. decisionem, videlicet: Quotiescumque Ordinarius recusaverit quemquam ordinare, committendum esse Metropolitanum, vel viciniori Episcopo, ut ab eodem Ordinatio prius requiratur, cur recusaverit; quo causam legitimam non allegante, licet illi eundem recursum ordinate.

XV. Quarto. Superiores Regulares, nempe Generales, Provinciales, & Superiores particulares Conventuum possunt subditis suis Religiosis litteras dimissorias pro Ordinibus concedere, servata tamen forma a Sac. Congreg. Concil. sub Clemente VIII. 15. Martii, anno 1599. Nimirum. Quod dirigant litterae ad Episcopum diocesanum, nempe illius Monasterii, in cuius familia ab eis, ad quos pertinet, in Regulari potest fuerit. Et si Diocesanus absuerit, vel non esse habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum; dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines consulerit examinatus quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non disfulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus diocesanus, vel absuerit, vel nullas habiturus esset ordinationes, vel sedes Episcopalis vacaret. Verum cum a Superioribus Regularibus, Episcopo diocetano absente, vel ordinationes non habente, litterae dimissoriae dantur, in eis neque huiusmodi causam absentia diocetani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod si Regulares ordinandi morantur in Monasterio nullus diocetani, huiusmodi dimissorias concedendas esse ad Episcopum viciniorum, in eoque prode omnia, qua de Episcopo diocetano superioris prescripta sunt, ac vocis activa, & passiva privationis, ac alias arbitrio S. D. N. Papa reservatas penas incurrant. Quare si quis Regularis sine dimissoriis proprii Episcopi promoveretur, esset ipso facto ab executione ordinum susceptorum suspensus; ea generali ratione, qua Tridentinum Sess. 14. cap. 2. suspensum declarat quemcumque ordinatum absque litteris dimissoriis sui Episcopi vel Praelati. Sed haec ad Canonitas.

DUBIUM IV.

An aliqui, qui Episcopi non sint, possint, ac dispensatione, esse extraordinarii Ordinationis Ministri?

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Dubium procedit, tum de Ordinibus minoribus, tum de maioribus, praecipue Diaconatu, & Presbyteratu (nam Subdiaconatus, ut dicitur suo loco, non semper inter majores Ordines recentissimus fuit) An scilicet illos, ex dispensatione Romani Pontificis, possit Presbyter non Episcopus, ut minister extraordinarius omnes conferre.

II. Dico. Simplex Sacerdos ex dispensatione Romani Pontificis potest esse minister extraordinarius Ordinum minorum, usque ad Subdiaconatum inclusive, non tamen majorum nempe Diaconatus, & Presbyteratus. Utramque partem docet S. Thom. in Supplem. 3. part. quest. 38. art. 3. his verbis: Diaconum, quod Papa, qui habet plenitudinem potestatis Pontificali, potest committere non Episcopo ea, qua ad Episcopalem dignitatem pertinent; dummodo illa non habeant immunitatem relationem ad verum Corpus Christi. Et ideo ex eius commissione aliquis Sacerdos simplex potest conferre minores Ordines, & confirmare, non autem aliquis non Sacerdos. Nec tamen Sacerdos majores Ordines, qui habent immediatam relationem ad Corpus Christi.

At; supra quod consecrandum Papa non habet majorem potestatem, quam simplex Sacerdos. Et ibidem ad 5. Quia (inquit) Sacerdos non habet completam potestatem in hierarchicis officis, sicut Episcopus; ideo non sequitur, quod possit Diaconus facere, quamvis ille Ordo si sibi proprius.

III. Prima vero pars probatur ex praxi recepta. Nam Cardinales non Episcopi in propriis Ecclesiis, & Abbates diversi revera minores Ordines conferunt subditis suis. Privilegium Cardinalium nimirum consecrati a summo Pontifice approbata. Privilegium vero Abbatum in jure expressum legitur, nempe: Septima Synodi Generalis Canon 14. & Cap. Requisitum, quod est Alexandri III. Extra, De ordinatis ab Episcopis, qui renuntiavit. Et Cap. Cum contingat, quod est Innocentii III. Extra, De statu, & qualitatibus ordinandorum. Quod confirmavit Tridentina Synodus, Sess. 23. de Reformat. cap. 10. que Abbatibus inhibuit dumtaxat: Ne cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, Tonsuram, vel minores Ordines conferant. Quo fieri videtur, ut si Abbas non Regularis, & sibi non subditum ad Tonsuram, & minores Ordines promoveret tentaret; talis ordinatio, & promotio irrita esset, ac nulla: nam Privilegium, cui soli ejus potestas ininitur, ad eam personam non se extendit.

Poste autem, ex eadem concessione, simplicem Sacerdotem conferre subdiaconatum, Probatur ex Gelasio I. Episc. 5. ad Episcopos Lucania, cap. 6. Ubi loquens de simplicibus Presbyteris (aut si vis de Chorepiscopis, qui in Occidentali Ecclesia erant omnes simplices Presbyteri, & meri Vicarii Episcoporum in villis) ait: Nec meminerint ulla ratione concedi, sine summo Pontifice, Subdiaconum, aut Acolythum sui habere faciendi. Et ex Concilio Meldensi, anno 845. Can. 44. quo dicitur: Ut Chorepiscopus modum suum sacros tantum institutionum teneat. Negue Sacerdotum (Ordines) qui per impositionem manus tribuuntur, ideo, non nisi Episcopi, aut Subdiaconum, & hoc habere Episcopo, & in laicis, quibus Canonis designant, agere possunt. Quibus patet, Chorepiscopos, et simplices Presbyteros, ex concessione potuisse Subdiaconos ordinare.

IV. Secunda vero pars, non posse, qui Episcopus consecratus non est, neque ex commissione Diaconatum, & Presbyteratum conferre: Prob. Tum ex Hieronymo, Epist. 85. modo 101. ad Evagrium modo ad Evangelium, Quia enim facis, excepta ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non faciat? Chrysostomo, Homil. 11. in 1. ad Timotheum, dicente: sola quippe ordinatione superius illi (Episcopi) sunt, atque hoc tantum plus quam Presbyteri habere videntur. Et Epiphano, Hæres. 75. S. 4. Episcoporum Ordo ad gigondas Patres precipue pertinet: hujus enim est fructum in Ecclesia propagatio. Ubi Patres præcisi loquuntur de prerogativa Episcopatus jure divino proprio; ita ut inferiori Ordini jure divino incommunicabilis sit.

V. Ex his conficito hunc discursum. Invenimus concessum simplicibus Presbyteris posse ordinare ad minores Ordines, & ad ipsum Subdiaconatum, ut supra ostensum est: nunquam tamen legitimus, eis fuisse concessum ordinare Episcopos, vel Presbyteros, vel Diaconos; ergo sufficiens indicium est, talem eis potestatem communicari non potuisse, eamque jure divino essentialiter pertinere ad solum Episcoporum Ordinem. Conveniens autem fuit, ut primarij Ecclesie ministri, qui ex officio sacramenta fidelibus ministrare debent, consilium non possint, nisi a principibus Ecclesie, quos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.

Accedit etiam ratio ex Concilio Meldensi supra relata. Ideo sacras etiam minores Ordines usque ad Subdiaconatum simplicibus Presbyteris, committi potest; quia non conferuntur manus impositione, ideoque non censentur esse de immediata institutione divina, nec partes essentialis sacramenti Ordinis: omnis enim Ordo immediate a Christo institutus, manuum impositione confertur; ergo cum Ordo Diaconatus, & Presbyteratus, & Episcopatus impositione manuum confertur, sic enim legitimus, eos ab Apostolis collatos fuisse: dicenda est ab illis solis conferri posse, qui ex vi sui Ordinis jus habent conferendi potestatem media impositione manuum, quales fuerunt Apostoli, & eorum successores Episcopi.

S. II.

Contrarii Rationes.

VI. IN contrarium obijciunt primo. Concilium Florentinum in Decreto Eugenij dicit, Episcopum esse ordinarium ministrum Ordinis: & Tridentinum, Sess. 23. cap. 4. docet, Episcopum munus esse sacramentum Confirmationis conferre, & Ecclesie ministros ordinare; ergo sicut potestatem ab ipso delegata potest simplex Presbyter sacramentum Confirmationis, & minores Ordines conferre, cur non poterit, ut extraordinarius, conferre majores?

VII. Respondeo, neg. conf. Nam, ut supra dictum est ex S. Thoma, in Suppl. 3. p. q. 38. art. 1. ad 3. Papa ratione plenitudinis potestatis potest concedere non Episcopo, ut faciat, que ad Episcopalem dignitatem pertinent; dummodo illa non habeant immediatam relationem ad corpus Christi verum: & sic potest committere non Episcopo conferre minores Ordines, & confirmare; non tamen potest committere non Episcopo conferre Presbyteratum, vel Diaconatum: quia hi Ordines habent immediatam relationem supra corpus Christi verum. Supra quod consecrandum Papa non habet majorem potestatem, quam simplex Sacerdos. — Hinc aliter respondeo, quod ea, que sunt annexa Ordini Episcopali jure tantum Ec-

clesiastico, possunt committi alteri non Episcopo; & tale est conferre minores Ordines. & confirmare: non autem ea que sunt annexa Ordini Episcopali jure divino, qualis est ordinatio Presbyteri, & Diaconi. Hanc distinctionem non obscure indicat Tridentinum, Sess. 23. c. 2. dum ait: quod non solum de Sacerdotibus, sed & de Diaconis sacra Littera apertam mentionem faciunt; & que maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent. De aliis vero Ordinibus dicit, eos ab initio Ecclesie in usu fuisse, eorum nomina, & ministeria; non dicit tamen, in sacris Litteris mentionem eorum fieri: quibus indicare videtur, jure tantum Ecclesiastico fuisse introductos, sicut dicit Subdiaconatum a Patribus inter majores Ordines relatum.

VIII. Obijciunt secundo. Chorepiscopi Episcopi non erant, sed simplices Presbyteri villis præfecti; sed hi de licentia Episcopi conferre poterant Ordines Diaconatus, & Presbyteratus, non solum ordines minores; ergo Rec. Min. prob. ex Concilio Antiocheno ann. 341. ubi Can. 10. de Corepiscopis dicitur: Constituitur autem his permittitur Lectores, & Subdiaconos, atque Exorcistas, quibus sufficit istorum tantum graduum licentiam accepisse. Non autem Presbyterium, non Diaconum autem ordinare, præter conscientiam Episcopi Civitatis, vel Ecclesie, cui subiacent inveniunt. seu ipse, seu regio, in qua præfisse designaverit. Idem præscribit Concilium Anconitanum, anno 314. Can. 13. Poterant igitur in Orientali Ecclesia Chorepiscopi Diaconos, & Presbyteros ordinare, quamvis non sine expressa Episcopi, cui suberant, licentia.

IX. Respondeo, neg. min. Ad prob. Ex Concilio Antiocheno dicit Baronius, et ann. 341. statuta illius nullius esse autoritatis, quia ex Ariano caesit. — Sed eo admisso, dico, Concilium loqui de Chorepiscopis, qui revera Episcopi ordinatione fuerant consecrati. Ait enim: Qui in villis, & vicis constituti sunt Chorepiscopi, tametsi manus impositionem ab Episcopo susceperint, & ut Episcopi sunt consecrati; tamen &c. Et de talibus loquitur etiam Synodus Ancyrana. Itaque duplices Chorepiscopi olim fuerunt. Unum fuit eorum, qui simplices Presbyteri erant, & habebant ab Episcopo aliquam commissionem supra alios Presbyteros, veluti eorum Vicarii: & hi poterant solum minores Ordines de commissione Episcopi conferre: & de his supra locuti sumus ex Gelasio, Ep. 5. ad Episcopos Lucania, Concilio Meldensi c. 44. Alterum erant eorum (quorum multi in Ecclesia Orientali fuerunt) qui cum essent vere ordinati, & consecrati, veri Episcopi erant, sed cum essent sine certa diocesi, quæ ad conversionem infidelium ordinati, ut S. Amandus, antequam esset Episcopus Tungrensium, S. Pollanus, & S. Humbertus. Vel etiam propriam diocesim haberent, Chorepiscopi officio in aliena diocesi fungebantur. Et de his loquuntur Concilia Antiochenum, & Ancyranum. Ut enim ordinationis jus potestatem ordinando Presbyteros, & Diaconos exercerent, par erat, ut id non facerent, nisi de scientia, & conscientia Episcopi, cujus vices in ea regione gerebant.

X. Obijciunt tertio. S. Leo, qui Epist. 92. modo 2. ad Rusticum, ait: Si qui autem Clerici ad illos Pseudo-Episcopos in eis Ecclesiis ordinati sunt, que ad proprios Episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu, & iudicio præsentium facta est, potest rata haberi, ita ut in ipsi Ecclesia perseverent; ergo &c.

XI. Resp. S. Leonem Pseudo-Episcopos ibi appellare non eos, qui vera Episcopali consecratione, per manus impositionem carent; alias ordinationes ab ipsis factæ etiam cum consensu præsentium, non possent ratæ haberi, quia factæ a non habente potestatem Ordinis. Sed pseudo Episcopos vocare illos, qui, ut ibi ait: Nec a Clericis sunt electi; nec a plebeibus sunt electi, nec a Provincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio sunt consecrati: quia non a tribus, ut ferit Ecclesiastica regula; sed vel a duobus tantum, vel a non eisdem Provincialibus Episcopis ordinati, potestatem quidem ordinis, sed non jurisdictionis acceperunt. Dicit ergo, ordinationes ab istis factas cum consensu, & iudicio Præsentium, nempe, proprii Episcopi eorum, qui ordinati sunt, ratas haberi posse, nimirum, etiam quoad executionem, atque permitti posse, Clericos sic ordinatos in suis Ordinibus ministrare.

XII. Obijciunt quarto. Innocentius VIII. anno 1489. concessit Abbati Cisterciensi, ut posset Monachos suos ordinare Subdiaconos, & Diaconos. Vazquez, tom. 3. in 3. p. S. Thom. disp. 243. c. 4. n. 39. scribit, de videlicet Bullam talis concessionis, & verba ipsa recitat.

XIII. Respondetur communiter, tale privilegium, ut asseritur, concessum Abbatibus Cisterciensibus, nimirum, ordinandi per se ipsos Monachos suos, etiam Diaconos (& non potius eorum pro tali Ordine ad quemcumque Catholicum Antistitem dimitterent, ut declaratum fuit a Clemente VIII. in Bulla Cisterciensibus data) dubie fidei esse. Nec enim Cistercienses nostra, aut Patrum nostrorum memoria, eo privilegio usi dicuntur. Et autem usi aliquando fuisse saltem ante Tridentinum legerunt, si tanto privilegio donati fuissent. Addo: quod si tale privilegium extitisset, Patribus Tridentinis non fuisset ignotum: cujus propterea meminissent, Sess. 23. de Reformat. c. 10. ibi autem ejus non meminisse constat: quia quo tantum ibi prohibentur Abbatibus. Unum, ne cuiquam Regulari sibi non subdito Tonsuram, vel minores Ordines conferant. Alterum, ne Clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur litteras dimissorias concedant. Quare ergo Abbates Cistercienses nunc suos ad Subdiaconatum, aut etiam ad Diaconatum non promittunt? Quare nunquam promovunt? Certe quia illud nunquam habuerunt. Quod si de illis veritate constaret, dicere deberemus, a summo Pontifice demandari posse simplicibus Presbyteris etiam Subdiaconos, & Diaconi ordinationem.

De

De Ministro ordinationis Episcopi agemus in Quæstione de Episcopatu.

S. II.

Respondetur Contrarii Rationibus.

QUESTIO III.

De Subjecto, & Effectibus Sacra Ordinationis.

Ultra subjectum sacra ordinationis examinabitur primo: An lex mulieribus illius capax sit. Secundo: An pueri ante usum rationis, & alii ejusdem ubi desituti possint ordinari. Quoad effectus autem examinabitur: An data in Ecclesia Catholica characterem imprimat. Tertio: An olim data in Ecclesia, sed contra Canones, eundem effectum produxerit. Quarto: quid de ea sentiendum sit quomodo olim Hæretici, aut Schismatici conferebant. Et tandem: An nunc valeat ea, quæ extra Catholicam Ecclesiam celebratur.

DUBIUM I.

An Mulieribus Sexus idoneus sit Ordinationi recipienda?

S. I.

Resolutio Dubij.

I. **C**onstitutio, Cataphrygæ, & Pezupiani hæretici secundi sæculi mulieribus sacra Ordinis initiari posse contendebat. Immo Pezupiani, teste S. August. 1. de Hæres. cap. 17. Tantiùm habuit Mulieribus principatum, ut Sacerdotio quoque apud eos honorarentur. Dicebant enim: Quinilla, & Priscilla in eadem civitate Pezra Christum facie femina cruciatum. Hoc eodem errore infectos fuisse Collyridianos asserit S. Epiphanius, Hæres. 79. infra referendus; apud quos femine collyridiam hæresis Mariæ Virginis in sacrificium tamquam Deæ offerebant. Lutharus tandem volens, ut supra vidimus, omnes Christianos esse æqualiter Sacerdotes, nec in Ecclesia ullum ordinem esse, dicere non erubuit, mulieres julle posse Sacerdotio insigniri. Contra hos omnes.

II. Dico. Mulieres jure divino, positivo, & naturaliter incapaces sunt facere Ordinationis, que sacramentum sit; ut in eis tentata, irrita fit, ac nulla. Ita S. Th. in Suppl. 3. p. q. 39. art. 1. Prob. primo ex Scriptura, qua docemur, Paulo teste 1. Cor. 14. v. 34. Mulieres in Ecclesia sicuti, non enim permittitur eis loqui, sed subiacere esse, sicut & lex dicit. Si quid autem voluit discere, domi viros suos interroget; turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia. Et 1. ad Timotheum, 2. vers. 15. Docere autem mulierem non permittitur. Sed esse in silentio. Si ergo mulieribus, nec loqui in Ecclesia, nec absolute docere permittitur Paulus; quia hoc turpe esset, & quia mulier subdita esse debet, nec dominari: a fortiori corpe esset, ordinatione, & manuum impositione eisdem potestatem tradere, nedum loquendi in Ecclesia, & docendi, sed populo publice divina tradendi, sacrificium ad altare offerendi, vel proxime affertendi offerent, folementer baptizandi, a peccatis absolvendi: uno verbo, in altiori Ordine, quam viros laicos esse collocare. Quod in Gnosticorum feminis detestatur Tertullianus lib. de Prescripte, cap. 41. his verbis. Ipsa mulieres hæreticæ, quam præcæta, qua audiamus docere, consentire, excusare, quædamque reprobare, persequi, & stringere (id est folementer baptizare). Propterea Patres omnes tamquam hæreticos eos omnes dimittant, qui in sua sæcula mulieres ad sacros Ordines, ipsi-funq; sacerdotium admittunt.

III. Probatur secundo, discursu, quo S. Epiphanius in Panario, Hæres. 79. S. 3. urget Collyridianos. A mundo condito, usque ad hæc nostra tempora, apud vere religionis cultores nulla mulier fundæ est Sacerdotali officio, aut ei obnoxiæ interfuit. In lege Naturæ Abel, Enoch, Noë, Melchisedech, Abraham, Isaac, Jacob Deo sacrificia obtulerunt; sed nunquam eorum uxores, aut filii. In lege scripta solis posteris Aaron collatum fuit sacrum ministerium, cui nulla unquam mulier quamvis sancta quoquam modo se immiscere tentavit. In lege Evangelicæ solos Apostolos ordinavit. Apostoli viris tantum manus imposuerunt; ita ut nec B. Virginem hoc honore donaverint: Nunquam (inquit Epiphanius) ex quo mundus conditus est, Sacerdotio est facta mulier, ac ne Eva quidem ipsa. . . . nec ulla filiarum ejus. . . . Nec unquam mulier (in veteri lege) sacrificia legitur. Arguit, ut ad novum testamentum accedamus, si Sacerdotium mulieribus mandatum foret, aut canonicum quoddam præstare in Ecclesia liceret: nulli potius, quam Mariæ, illud in novo Testamento committi Sacerdotii officium debuit. . . . Perum longe Deo aliter est visum, ac ne baptizandi quidem (publice scilicet, ac folementer) potestas est illi facta. . . . Episcoporum, & Presbyterorum successiones suas in domino Dei constituit. Nec inter illos: tamen mulier nulla coperta legitur. Erant quidem, ut Scriptura narrat, Philippo Evangelicæ filia quatuor prophetissa, non tamen Sacerdotes. Hæc Epiphanius.

IV. Ex quibus omnino, mulieres incapaces esse, nedum Presbyteratus, & Diaconatus, sed & Subdiaconatus, & aliorum Ordinum minorum. Nam Subdiaconi officium est folementer ministrare Diacono in sacrificio Missæ; hoc autem sexum mulierum dedecet. Ceteri Ordines aliquam eminentiam etiam inter viros habent in ordine ad sacrificium Missæ, & quodammodo præparant ad Sacerdotium; nihil autem eminentiæ, & præparationis in ordine ad hunc finem mulierum conferri potest.

V. **O**bjici potest primo. Femina in veteri lege poterat publice predicare. Nam, Judæ 5. vers. 1. Debhora eruditivè populum Israel. — Sed respondet S. Thom. in Cap. 2. prima ad Timotheum, Leth. 3. quod illa eruditio est per spiritum prophetia, & gratia Spiritus Sancti non discernit inter virum, & mulierem; non tamen publice predicabat, sed inflatibus Spiritus Sancti consistit. Addit idem S. Thom. supra citatus, ex quest. 39. Supplem. art. 1. ad 2. quod Debhora in temporalibus præfuit, non in Sacerdotalibus; sicut & nunc possunt mulieres temporaliter dominari.

VI. Objici potest secundo. Fuerunt olim Diaconissa, quæ per veram ordinationem suam dignitatem obtinebant, ex Tertulliano, L. 1. ad Uxorem, c. 7. Quamvis solæ decerant, quantum obsequium sanctitatis nuptia secunda, discipulæ Ecclesie, & Apostoli præscripto declaravit; cum bigamus non sinit præfiteri, aut viduam adlegi in ordinationem, nisi uxorem, non concedit. Eas in Clero recentiori asserit Concilium Nicænum I. Can. 19. Ubi postquam statuit, Clericos Paulianistas rebaptizatos posse iterum ordinari ab Episcopo Catholico, de Diaconissis ait: Sinititer autem, & de Diaconissis, & universæ de eis, qui in Clero recentiorum, eandem formam servaverunt: a quo privilegio excludit eas Diaconissas, quæ cum nullam manuum impositionem habuerint, etiam apud Paulianistas, omnino inter laicas reprobantur. Erant ergo alie Diaconisse, quæ ordinabantur per impositionem manuum, & quæ a laicis secebrabant. Quod a parte tradit Concilium Chalcedonense, Can. 15. ubi hæc legitur: Diaconissam non ordinandam ante annum quadragesimum, & hoc cum summo Iherosolimitano. Si vero suscipiatur manus impositionem, & aliquantum temporis in ministerio permanens suscipiam tradit. Insuper, gratis Dei comminatione faciente, anathematizatur hujusmodi cum eo, qui aliquid exiit. Quod autem hac ordinatione verum sacramentum conferretur, ostendit Græcorum Euchologia, quibus describitur ordinatio Diaconisse eodem ritu, quo ordinatio Diaconi.

Utraque enim Chirotonia dicebatur. Utraque ad Altare, & quidem ab Episcopo celebrabatur. In utraque imponebatur manus ab Episcopo, qui oratione Spiritum Sanctum advocaret: in utraque collo imponebatur sola. In altari tum ordinatus, tum ordinata Eucharistiam recipiebant: utriusque calicis sanguine Christi plenus, ut ex eo degullarent, tradebatur in manus.

VII. Respondeo, Diaconissarum ordinationem, qua olim maxime in Ecclesia Græca mulieres inaugurabantur, fuisse quendam cæremoniam jure Ecclesiastico introductam; vi cuius etiam quædam ministeria in alias mulieres obœdum committentur. Non fuisse vero sacramentum ostenditur: tum quod ritus ille non esset institutione divina; tum quod ad sacrificium nullatenus referretur, ex qua sola habitudine sumitur essentia Ordinis; qui sit sacramentum. Ratione hujus ministerij quodammodo pertinebant ad Clerum, & a mulieribus laicis secebrabantur; quia ad pia ministeria certo modo consecrabantur, ut etiam modo abbatissæ. Quamvis autem eodem fere ritu ordinarerentur, ac Diaconi, non ad eundem tamen finem, Nam Diaconi ordinabantur, ut sacrificio corporis Christi veri immediate interseruirent; & ideo eorum ordinatio erat, & est sacramentum. Diaconissæ vero ad plium quoddam ministerium circa mulieres sacrificio corporis Christi proferi extraneum deputabantur. Unde impositio illa manus non erat ordinativa, sed mera invogativa divine protectionis; eo modo, quo Apostoli manus imponebant infirmis, quos tamen non ordinabant. Audiat Sanctus Epiphanius, Hæres. 79. citata: Quamquam (inquit) Diaconissarum in Ecclesia Ordo sit, non tamen ad Sacerdotii functionem, aut ullam hujusmodi administrationem institutus est: sed ut mulieribus factis honestatiam consulatur, sicut ut baptizati tempore ad se. . . . sicut cum mandatum est mulieribus corpus, interveniat, ne virorum, qui sacris operantur, aspectui sit exposita, sed a sola Diaconissa vidatur, qua Sacerdotis mandato mulieris curam gerit, quo tempore vestibus auditur.

Officia Diaconissarum, plura erant, que recentior Goargius noster de Diaconissis; precipua vero: Rusticæ, & imperitis mulieribus principia fidei, vel baptizati ritus, exponere, secundo. In ipso Baptismo corporibus mulierum mundandis, & cæte operandis; ut sine pudoris indecentia mergerentur, atenta erat Diaconissa: & chrima, vel oleum capiti a baptizante impostum manibus per totum corpus extendendi potestatem habebat. Tertio. Ad pudorem adque feminarum relevandum, portam, qua in Ecclesiam ingrediebantur, custodisse lux commissam habebat Diaconissa; & singulas, five pauperes, five divites Ecclesiam ingressas, qua considerent nescias, Diaconissa proprio stante loco. Quarto. Diaconissa testimonium fidem habebat Ecclesie Prælati, cum de amissa integritate veniebat in suspitionem Virgo Deo sacrata; atque ejus examini, & sententiæ explorandum relinquebant. Quinto. Sacra supellectilis curæ, ac munditie incumbabant; qua ratione ad sanctum altare eis accedere licitum erat. Condiciones, quas habere debebat, ut in Diaconissam eligeretur, videtur exprimere S. Paulus, 1. ad Timotheum, 5. v. 9. his verbis: Vidua eligatur non minus sexagesimo annorum, qua fuerit unus viri uxur. In operibus bonis testimonium habens, si filios educaverit, si hospitio recipiat, si sanctam pedes lavit, si tributatum patientibus ministraverit, si omne opus bonum subiecta est.

VIII. Objici potest tertio. In antiquis Canonibus multe mulieres dicuntur, Episcopa, Presbytera, Diacona. Nam Concilium Tu-